68-13-D

ANTONII MASSAE GALLESII IVRISCONSVLTI

DE ORIGINE ET REBVS FALISCORVM LIBER.

Ab eodem Autore nuper, & quàm diligentiſſime recognitus, & non parum adauctus.

His *acceſſit rerum ac verborum quæ in hoc opere continentur, locupletiſſimus* Index.

ROMAE.
Apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralem.
Anno Domini. MDLXII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ANTONII MASSAE GAL LESII IVRISCONSVLTI.

DE ORIGINE, ET REBVS FALISCORVM.

LIBER.

MAGNA profecto,atque adeo dulcis quædam res eſt amor in patriam, vt non immerito multi cum noſtra, tum maiorum noſtrorum memoria clariſſimi viri pro patriæ ſalute, ſeq;, fortunasq; ſuas deuouere,ac mortem ipſam libenter, nedum conſtanter oppetere non dubitarint. Quippe qui probe intelligerent, Naturam rerum omnium (vt ita dicam) parentem,non temere,ſed conſulto naſcenti cuiq; certum unum circumſcripſiſſe locum, in quo nimirum verſari, quem cum voluptate intueri,ac præ cæteris omnibus in oculis ferre,cui denique ſe, ſuaq; omnia ardēti ſtudio conſecrare, ut pulcherrimum, ita etiam optimum iudicarent. Nam quid obſecro te per Deum immortalem,ſi modo non iniqui rerum æſtimatores eſſe volumus, quid (inquam) nobis ex omnibus rebus humanis, aut charius,aut dulcius,vel iucundius eſſe poteſt, aut debet,q̃ ea altrix natalisq; ſedes unde ſuauiſſimam hanc lucem qua fruimur,unde vitam ac ſpiritum quem ducimus, unde tot bona,tot commoda quibus vtimur,ſermonem ſcilicet ac diſciplinā,inſtituta,vitæ,leges,cæremonias, cultuſq; Deorum immortalium accepimus? quamquam enim chari liberi, propinqui,familiares,omnes tamen omnium charitates patria vna ita complexa eſt, vt Vlyſſem illum Homericum,& merito,& iure ſuam illam patriam Ithacam (affixam

licet quendam quaſi nidulum aſperrimis ſaxulis) tanti feciſ ſe memoriæ proditum ſit, ut eam delatæ immortalitati an=teponere minime recuſauerit, dummodo illius ſaltem fumũ contueri ſibi tandem liceret. Quæ quum ita ſint, quumq; au ctore Cicerone nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum, q̃ committere vt beneficio non dicam indignus, ſed victus eſſe videare. Et quidem arbitror ullam neq; aptio rem, neque maiorem gratiam pro tot tantiſq; muneribus pa=triæ referri ab iis qui illius gloriæ, qui dignitati, qui laudi enixiſſime ſtudent, qui primæ illius originis & antiquitatis, & loci, & ſitus, & rerum geſtarum memoriam, non ſolum ab obliuione hominum atq; a ſilentio propeq; ab interitu vindi care, ſed etiam fidelibus literarum monimentis æternitati conſecrare quam poſſunt diligentiſſime contendunt. Quã=obrem quum ego quoque (vt Vlyſſis illius vtar verbis, quẽ apud Alcinoum Phæacum Regem ita fere loquentem Ho=merus inducit) Cernere nil aliud patria iucundius vnq̃ Ipſe queã, quũq; nulla alia in re æque ſuauius aut iucundius con quieſcã, quã in amore grataq; recordatione patrię, gentiſq; meæ, cui plurimis maximiſq; beneficiorum vinculis obſtri=ctum me eſſe ſentio: nihil omnino ſit quod vehementer ma lim quam illi me & gratum eſſe, & videri, rem profecto vt nõ inutilem, ita nec iniucundam ciuibus meis præſtaturum me arbitratus ſum, ſi a primordio gentis noſtræ orſus qui primi Faliſcorum auctores extiterint, quibus paruerint, quæ pri=mum loca, quaſue regiones obtinuerint, quibus cum bella geſſerint, quibus legibus atq; inſtitutis obtẽperauerint, quos denique Deos, Deaſq; quibus cęremoniis, quibuſue ritibus coluerint, cæteraq; id genus omnia quæcunq; uel apud pro=batiſſimos locorum, geſtarũq; rerum ſcriptores didicerim, uel in peruetuſtis monumentis legerim, vel quæ ipſe inuene rim, hactenus, quod ſciam, aut non ſatis cognita, aut certe pa=

Cad. Rome

rum a noſtris animaduerſa, hiſce commentariolis ad memo-
riam poſteritatis commendarem, vt hac re ſaltem, & ſi nō pa-
rem eius merito, at pro meo tamen ſtudio debitam gratiam
benemerenti patriæ perſoluiſſe videri queam, iis præſertim
temporibus, quibus ea quæ de Faliſcorum noſtrorum origi
ne ac ſitu ab antiquis ſcriptoribus accurate prodita ſunt, aut
propter iudiciorum quorundam infirmitatem, aut certe pro
pter ipſam rerum vetuſtatem, adeo obſcura, tamq; multis ac
variis difficultatibus obſtructa ſunt, vt pleraq; non modo du
bia, & incerta, ſed etiam falſa atque inania paſſim circumferā
tur quibus vt hiſce tandem commentariolis ut poſſem oc-
currerem, dulcis me Patriæ pietas impulit, cuius dignitas, &
gloria, ita mihi dies noctesq; ante oculos obuerſatur, vt veriſ
ſime a vate illo tamquam ab oraculo dictum exiſtimem. Ne
ſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos Ducit, & immemo-
res non ſinit eſſe ſui. Sed iam tempus eſt, ut his omiſſis ad
id quod inſtituimus adiuuante Deo tandem aliquando ac-
cedamus.

ETruriam partiti ſunt Cato, & Silius, in maritimam, tranſcyminiam, & ciſcyminiam, ita ut ciſcyminia pars quicquid eſt inter Vrbem Romam, regionem maritimam, Cyminia iuga, & Tybrim complecteretur. Quo in ſpatio erant Sutrium & Nepete Vrbes adhuc extantes cum agris ſuis: Capenates, Faliſci, & Veientes populi. Hos quinque populos cis Cyminium montem fuiſſe nemo (ut puto) niſi regionis ignarus negauerit, præſertim qui ea, quæ mox dicemus, legerit. Verumtamen quia nonnulli ſunt qui de Faliſcorum ſitu longe aliter ſentiant, exiſtimantes ſcilicet eum locum, qui nunc ad lacum Vulſinienſem appellatur vulgo Mons Flaſconus, fuiſſe Faliſcorum montem, & eam planitiem, quæ inter Viterbium, & montem Flaſconum iacet, Faliſcos eſſe campos, Idcirco non alienum fortaſſe fuerit ab inſtituto noſtro, ſi, quàm hi lõgiſſime abſint a vero, ex duobus potiſſimum Liuij locis demonſtrauero, ne in eum errorem alij quoque deinceps falſa hac nominum decepti ſimilitudine labantur. ſcribit enim his verbis libro quinto Decadis primæ, Nec veys melius geſta res eſt, & auctum eſt bellum aduentu Capenatium, & Faliſcorum. Hi duo Etruriæ populi, quia proximi regione erant, deuictis Veiis bello quoque Romano ſe proximos fore credentes, Faliſci priuata etiam cauſa infeſti: quod Fidenati bello ſe iam antea immiſcuerunt. Idem præterea libro nono Decadis eiuſdem, Quum Faliſcorum, & Capenatium agros a Romano exercitu ſæpenumero igni, ferroq; vaſtatos, ipſosq; demum in Romanorũ poteſtatem ueniſſe retuliſſet, ac ſubinde bellum, quod cũ Etruſcis, qui Sutrium obſederant, duce Q. Fabio Conſule geſſerunt, deſcripſiſſet, fugatis tandem Etruſcis, ita ſcriptum reliquit. Tum de perſequendo hoſte agitari cœptum, ſilua erat Cyminia magis tum inuia, atq; horrenda quàm nuper fuere Germanici ſaltus, nulli ad eam diem, ne mercatorum quidem adita, eam intrare haud fere quisq̃; præter ipſum ducẽ audebat, alijs omnibus cladis Caudinæ nondum memoria exciderat. & tandem ſubdit: præmiſſis ſpeculatoribus, & cognita locorum natura, iuga Cyminij montis occupat, inde contemplatus opulenta Etruriæ arua milites emittit, et paulo poſt ſub-

dit : eò forte. V. legati cum duobus Tribunis plebis venerant, denunciatũ Fabio Senatus uerbis, ne ſaltum Cyminium tranſiret, lætati ſerius ſe q̃; ut impedire bellum poſſent ueniſſe, nuncij uictoriæ Romam reuertuntur. Quibus ex uerbis, quis non uidet, quis non intelligit, quam facile iſtorum inſcitia coargui, conuinciq; poſſit! primum enim, qui fieri poteſt? ut mons ille, qui Catoni eſt Fiſcon, nos uero corrupte Flaſconum appellamus, longeq; abeſt ab vrbe, Faliſcorum fuerit? quum Faliſcos ipſos (teſte Liuio) proximos regione Veientibus fuiſſe conſtet! Deinde ſi campi illi, qui trãs Cyminium iugum Fiſconi monti, Viterbioq; ſubiacent, Faliſci campi cenſendi ſunt, ut iſti contendunt, mirum quid eidem Liuio in mentem uenerit, ut iam toties deuictis Faliſcis, atq; in Romanum tandem imperium, ditionemq; redactis, aperte tamen diceret, teſtareturq; Romanum exercitum non niſi poſt fugatos a Q. Fabio Conſule Etruſcos, Cyminij montis ſiluã primum pertranſiſſe, nulli ad eam diem ne mercatorum quidem aditam, ne dicam, quod ſuperato tum demum Cyminij iugo quum & Vulſinienſiũ & Peruſinorum, & Cortonenſium, & Aretinorum, qui trans Cyminium ſunt, Etruriæ populorum meminerit, de Faliſcis ne uerbum quidem ullum fecerit. Ac nequis dubitet aliquem in his Liuij uerbis errorem eſſe: eidẽ Fabio IIII. Conſ. (ut idem Liu. lib. x. teſtatur) quòd aperuiſſet Cyminiam ſyluam, uiamq; per deuios ſaltus Ro. bello feciſſet, non minore totius Po. conſenſu, quàm Senatus prouincia Hetruria extra ſortem decreta eſt. Eodẽ lib. x. cùm duo Romani exercitus in Etruria eſſent: alij duo exercitus haud procul urbe Etruriæ fuerunt oppoſiti; unus in Faliſco, alter in Vaticano agro. quibus ex uerbis fieri non poteſt, ut quiſquam huius regionis gnarus, agrum Faliſcum trans Cyminium montem eſſe intelligat. Quid? quod illos latuit ex probatis auctoribus eſſe clarum, ut ex ijs, quæ à nobis dicentur, apparebit, unum eundemq; fuiſſe dictum Faliſcorum montem, & Soracte ex Vrbe Roma conſpicuum. His accedit Strabonis autoritas, quo teſte, aliqui Falerios in Tuſciæ regione minime locandos eſſe aiunt ſed Faliſcos per ſe gentẽ, cui etiam Gratius Poeta adſtipulatur, qui in li. de venatione Faliſcos, à Tuſcis diſiungit. cui rei uerba Liuij proxime poſt

ta uidentur conuenire. Nemo autẽ dubitauit unq̃, an mons Flaſconus, & illi vicinus lacus Vulſinienſium, & demum quicquid eſt ultra montem Cyminium in Tuſciæ regione comprehendatur. Sed reuertamur ad id, unde digreſſi ſumus. Capenates a Capena Vrbe primaria dicti, Cyminium ipſum Romam uerſus, & reliquos adiacentes monticulos incolebant, quæ vulgo nunc dicitur Montancola, In qua extat etiam oppidum Capenæ nomen ſeruans, licet corupto uocabulo appelletur uulgo Canapina. Veientes item, a Veijs principe ipſorum ciuitate ſic dicti, poſſidebant quicquid agri eſt a Cremera fluuio Vrbi in pratis, quæ nunc ita uocãtur, uicino, uſq; ad Soractis Faliſcorum montis confinia, ubi nunc eſt oppidum Arinianum inter Tyberim, & maritimam regionem, atq; agrum Nepeſinum. Faliſci uero tenebant quidquid reliqui eſt ab Ariniano, & Soracte, ad amnem Vetiam, qui e Cyminio monte in Tyberim labitur inter Tyberim ipſum, et Nepeſinũ Capenatemq́; agrum. Nepete Ciuitas, ut auctor eſt Liuius, libro VII. prius ſocia Romanorum, cum fuiſſet per deditionem ab Etruſcis occupata, per Camillum, & Valerium recuperata eſt, ſecuri percuſſis deditionis auctoribus, innoxiæ multitudiui reddita res, oppidumq; cum præſidio relictum, donec tertio deinde anno Triumuiri Nepete coloniæ deducendæ creati ſunt, qui eam deduxerunt. Sutrium Romanorum ſocietatem ab initio contractam fere ſemper obſeruauit, & quanq̃; Etruſci cum Romanis bellum geſturi ſemper Sutrium, & Nepete occupare contenderint, ac ſæpius occupauerint, ſemper tamen Sutrini ſunt a Romanis defenſi, & uindicati. Namq; (inquit Liuius libro VI.) cum ea loca oppoſita Etruriæ, et uelut clauſtra inde portæq; eſſent, et illis occupandi ea, cũ quid noui molirentur, & Romanis recuperandi tuendiq; cura erat. Bello punico ſecũdo inter xij. illas colonias, quæ Q. Fabio Q. Fuluio Coſſ. abnuerunt milites dare, Sutriũ & Nepete connumerantur à Liuio, qui lib. xxix. ſcribit, primùm quo pacto contumaces illæ coloniæ coactæ fuerint duplicatum militum numerum dare; & demum cenſus ab eis primùm receptus ſit: ut quantũ numero militum, quantum pecunia ualerent, in publicis tabulis monumenta extarent, Quomodo autem Veientes, & Capenates in Romanorum

uenerint poteſtatem,ex ijs quæ non ita multo poſt de Faliſcorum rebus geſtis exponam,manifeſtiſſime apparebit. De Ciscyminia hac regione Silius VIII. libro enarrans, qui duce Galba Romanis aduerſus Annibalem auxilio fuerint: inquit. Hos iuxta Nepeſina cohors, æquiq; Faliſci: Quiq; tuos Flauina focos, Sabatia quiq; ſtagna tenent,Cyminiq; lacũ, qui Sutria tecta, Haud procul & ſacrum Phœbo Soracte frequentant. Virgilius autem,qui contra Aeneam duce Meſapo iuerant in bellum, referens ait. Hi Feſcenninas acies,æquosq; Faliſcos: Hi Soractis habent arces,Flauiniaq; arua,& Cymini cum monte lacum,lucosq; Capenos. Vterq; tamen Veientes ſubticuit,propterea quod (ut ego quidem exiſtimo) deleta iamdudum Ciuitate tum uiciniore tum infenſiſſima, illius nomen Romanis odioſum eſſet. Hæc de uniuerſa Etruria, ſimul & Ciſcyminia dicta ſint. Cæterum quia nobis de Faliſcis eſt ſermo inſtitutus,omiſſis alijs, dicemus ea,quæ de uniuerſis etiam Faliſcis occurrunt. Quàm late pateret hæc Faliſcorum regio,pro certo dicere mihi difficile eſt,præſertim cum uideam eos interdum longius eſſe progreſſos,atq; etiã Alſium in littore tuſci maris,ubi nunc eſt arx ſanctæ Seueræ dicata, ab Haleſo Faliscorum auctore conditum eſſe. Illud igitur facilius erit oſtendere, intra quos terminos neceſſario continerẽtur Faliſci, quo tẽpore cũ Romanis bella geſſerunt. Quum enim orientem uerſus eſſet fluuius Tyberis, & trans fluuiũ Sabini,& Amerini: ad Meridiem uero, & vrbem Romam eſſent Veientes,quorum ciuitas decimotertio diſtabat lapide ab Vrbe Roma. eratq; ex ea parte etiam mons Soracte Faliſcorum, neceſſe eſt fines inter Faliſcos,& Veientes extitiſſe inter Soractem,& Vrbem Veientum, quaſi dixeris circa oppidum Arinianum diſtans ab Vrbe xx. lapide, Ab occidẽte Sole erat Nepete ciuitas adhuc extãs,et Capenates populi,de quibus eſt dictum. A Septentrione erat mons ipſe Cyminius cum ſilua illa usq; ad Fabium conſulem inuia, & horrenda,ac demum Vadimonis lacus, quibus diſterminari Faliſcos a vulſinienſibus populis,& agro Ferentino uериſimile eſt,tum ex qualitate ſyluæ,tum ex ipſo lacu,ad quem ueluti ad communem quendam locum initiari ſolita erat militia Tuſca. Poterat igitur

poſſideri a Faliſcis hæc regio ſecundum Tyberim e conſpectu ſuperiorum Sabinorum, et agri Amerini, ab Arniano ad Vadimonis lacũ, longitudinis millium paſſuum plus minus uiginti trium, latitudinis ferme ſeptem, ubi minimum quatuor, quo in ſpatio nunc ſunt Caſtrum ſancti Silueſtri in iugo Soractis, Stabia, ciuitas caſtellana, Fabrica, Corchianum, Burgum ſancti Leonardi, Galleſium, Baſſanellum, Orta, Baſſanum Munianum, Polymartium. Sed illud mirandum eſt, quod Eutropius in fine libri ſecundi, et Oroſius in quarto libro, ex tam breui & anguſta regiuncula, dicunt uno prælio quindecim milia Faliſcorum Quinto Luctatio A. Manlio Coſs. fuiſſe cæſa, cæteris pace conceſſa. Qui autem hominum ante Faliſcos eam regionem tenuerint, explicatu difficile eſt, propter eam, quæ inter antiquitatum ſcriptores eſt diſcrepantia. certior mihi tamen uidetur Dionyſii ſentẽtia, qui de Pelaſgis in Italia profugis loquens ait, Multas Vrbes alias quidem ante a Siculis habitatas, alias autem ipſi conſtruentes una cum Aboriginibus Pelasgi incoluerunt. quarum vrbium eſt Cæretanorum Vrbs, quæ tunc Agylla uocabatur, & Piſa, & Saturnia, Alſiumq;, & aliæ quædã, quæ poſt longum tempus deletæ ſunt a Tyrrhenis. Faleria autem, & Feſcennium et ætate mea habitatæ erant a Romanis, paruas adhuc quaſdam ſeruantes reliquias Pelasgi generis, quæ Vrbes prius fuerant Siculorum, hactenus Dionyſius. Faliſcos nomen fuiſſe totius gentis, Falerios autem ciuitatis dumtaxat eorum principis, haud obſcure intelligi poteſt non ſolum ex M. Catone, & T. Liuio, cuius uerba inferius loco ſuo referemus, uerum etiam ex Plutarcho, qui in Camillo in hunc fere modum ſcribit, Camillus ſumptis copijs aduerſus Faliſcos impetum fecit, & Falerios Vrbem ad bellum munitam omnibus rebus bellicis habẽtes, Caſtris circuit, ſic certe obſidionem Falerijs deſpicientibus. &c. & non multo poſt, Subito Falerij poſtquam proditionem magiſtri ludi ſenſerunt. &c. & deinde, Redactis in ditionem Romanorum Falerijs, factaq; pace cum omnibus Faliſcis, Camillus uaſa colligere iuſſit, atq; diſceſſit. Regio tota, excepto Soracte, & quibuſdã iuxta Tyberim collibus, fere plana eſt: niſi ꝙ crebris, confragoſis, & inter ſaxoſas rupes profundis aquarum perennium alueis in-

terrumpitur, omnium fere ſegetum, arborum fructuum, et armentorum feraciſſima. Princeps uniuerſæ regionis ciuitas erat Faleria, ſeu Falerij, quã ab Argiuo Falerio conditam eſſe teſtatur Solinus, et quã exemplo Iuſtitiæ Camillum Romanorum poteſtati ſubdidiſſe, nemo eſt qui neſciat. eadem ſucceſſu temporis corrupto vocabulo Falaris cœpta eſt dici, quod et Macrobius vſurpauit, et alij nonnulli, et ſeruant eius ruinæ, quæ ſtantibus adhuc mœnibus videntur, & Falaris appellantur: quemadmodum ea, quæ iuxta eſt planities, dicitur vulgo Falarenſis. In perantiquis etiam Diuorum monimentis, vulgo dicunt Martyrologium, id ſcriptum reperi, Pridie idus Auguſti, in vrbe Falari, Sanctorum Gratiliani, & Fœliciſſimæ uirginis, quorum primum ora lapidibus pro Chriſto ſunt contuſa, deinde gladio percuſſi, optatam martyrij coronam ſuſceperunt. Fuit autem ea ciuitas Epiſcopali quoq; dignitate ornata, ac multis poſt Chriſtum natum ſæculis habitata, quod patet ex ſynodo habita Romæ Gregorio III. Pontifice circiter annum Dñi DCCXXX. & altera Nicolao primo Pont. circiter an. d. DCCCXVI: quibus inter alios Epiſcopos, illi uidelicet Tyburtius, huic Ioannes Falaritani Epiſcopi ſubſcripſerunt. Erat ea ciuitas, antequam a Romanis ſubigeretur, una ex principibus Etruriæ ciuitatibus, e quibus magiſtratus annui numero pari ad regendum uniuerſam prouinciam mittebantur, dicti Lartes, & Lucumones, quod ex uno Liuio poſſet affirmari, cum is ſæpenumero ſcribat, Faliſcos ad Fanũ Volturnæ in cõmuni Etruriæ Concilio interfuiſſe, niſi ex alijs pleriſq; locis eſſet manifeſtum, ut interim Blondi quoq; foroliuienſis teſtimonium omittam. Quando autem excisa, & euerſa fuerit, pro certo non comperi. ſed coniectura ueriſimile eſt, id accidiſſe per Albericum Etruriæ Marchionem, qui Ioannis decimi eius nominis Papæ odio ductus circa annum domini nongenteſimum & decimum ſeptimum, Orta munita, eò ſe recepit, & Vngaros præmijs ſolicitatos in Italiã uocauit, qui prouinciam ingreſſi, plus prope calamitatis Italiæ intulere, quam olim Saraceni, neq; ipſis quidem Etruſcis pepercere, quos oportebat ex fœdere Alberici eſſe intactos, imo uero magis in hos, quam in cæteros Italos eſt ſæuitum, incenſis & euerſis omnibus fere oppidis, quæ ipſi oc-

cupauerant,præter Ortam ab Alberico munitam,nec poſt id tempus ullã de Falari habitata mentionem inueni. Ex ipſa autem Faleria, ſiue ex alio huius regionis loco natus eſt Gratius Poeta;quod ipſe teſtatur in eo uerſu. At contra noſtris imbellia lina Faliſcis. Quantus autem hic poeta fuerit, ex P. Ouidij ſententia iudicari poteſt,qui in illuſtrium ſui temporis Poetarum enumeratione,hunc Virgilio mox ſubiungẽdum duxit illis uerſibus; qui ſunt in ultima elegia librorum de ponto. Tityrus antiquas,& erat qui paſceret herbas, Aptaq; uenanti Gratius arma daret. de quo etiam, tum primum in lucem reſtituto,& ad ſe delato,Pontanus hæc dicit, uiſus eſt mihi uates ille lepidus, numeroſus,& terſus. Inter illuſtria Faliſcorum loca mons erat Soracte,quod teſtatur Porphyrius in oden. Vides ut alta ſtet niue candidum Soracte, & Cato dicens. Soracte Faliſcorum mons,& Plinius libro. VII. Haud procul ab urbe Roma in Faliſcorum agro Familiæ ſunt paucæ,quæ uocantur Hirpiæ,quæ ſacrificio annuo,quod fit ad montem Soracte Apollini, ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulãtes,non aduruntur. & ob id,perpetuo Senatus conſulto militiæ, omniumq; aliorum munerum uacationem habent. Hinc & Virgilianus Aruns ait. Summe Deũ cuſtos ſancti Soractis Apollo, Quem primi colimus,cui pineus ardor aceruo Paſcitur,& medium freti pietate per ignem, Cultores multa premimus ueſtigia pruna. & Silius libro V. Tum Soracte ſatum præſtanti corpore,& armis Aequanum noſcens,patrio cui ritus in aruo,Cum pius arcitenens accenſis gaudet aceruis,Exta ter innocuos late portare per ignes, Sic in Apollinea ſemper ueſtigia pruna inuiolata teras. & quæ ſequuntur. & libro VII. Phœbei Soractis honos Carmelus agebat. & VIII. Haud procul & ſacrum Phœbo Soracte frequentant. Quanq; Strabo non Apollini,ſed Deæ Feroniæ,Varroq; non pietati, ſed medicamento id tribuit, quo illi plantas tinguerent. eandem rem enarrans Solinus ait, Vulgatum per omnium ora, quod paucæ familiæ ſunt in agro Faliſcorum,quos Hirpios uocant,hi ſacrificium annuum ad Soractis montem Apollini faciunt, id operantes geſticulationibus, religioſis exultant,ardentibus lignorum ſtruibus in honorem diuinæ rei flammis parcentibus. &c. Soractis autem eum eſſe montem,qui ex

Digitized by Google

Vrbe uia Flaminia uenientibus dextrorſum conſpicitur, & appellatur Sācti Silueſtri mons, eo quod ibi ſanctus ille uir aliquandiu principis iram ueritus latitauerit, ex ipſius diui Silueſtri uita literis prodita eſt. etiam uulgo notiſſimum, & comprobatur ex ode. IX. lib. primi Flacci Horatij, qui quaſi montem digito indicaret, ad amicum Thaliarchū, ſiue in agro ſuo Sabino, ſiue in Vrbe Roma ſe contineret, ita ſcribit: vides ut alta ſtet niue candidum Soracte: & ex Seruio, qui clare dicit, Soracte mons eſt Hirpiorum in Flaminia collocatus, & addit quamobrem illi uocarentur Hirpij, quoniā (inquit) eis in hoc monte, qui Manibus conſecratus eſt, Diti patri aliquando ſacrificātibus, cum lupi ſubito uenientes exta rapuiſſent, illos diu inſequentes, delati ſunt ad quandam ſpeluncam halitum ex ſe peſtiferum emittentem, adeo ut iuxta ſtantes necaret; exinde eſt orta peſtilentia quia fuerāt lupos ſequuti, de qua re reſponſum eſt poſſe ſedari, ſi lupos imitarentur, ideſt rapto uiuerent, quod poſtq̄, factum eſt, dicti ſunt ipſi Hirpi Sorani quaſi lupi Ditis, nam lupi Sabinorum lingua uocantur Hirpi, & Ditis pater Soranus, cui perſoluebatur ſacrificium cum lupi exta rapuerunt. Sub Soracte monte Straboni eſt Vrbs Feronia, cuius (quod ego quidem nouerim) nulla extant ueſtigia. Liuius uero lib. XXVII. in agro Capenate ad lucum Feroniæ ſigna ſanguine ſudaſſe, idq; prodigium decreto Pontificum procuratum eſſe ait indicta in unum diem ad eundem lucum ſupplicatione. & lib XXXXII. ait, ædem Feroniæ in Capenate de cœlo tactam eſſe. His propinquum ponitur Straboni & Solino Feſcennium, Plinio Feſcennia, quam male propterea Seruius Campaniæ vrbem eſſe dixit contra etiam ipſius Virgilij ſententiam, qui Feſcenninas acies cum Faliſcis numerat. Eā autem ciuitatem autumant nonnulli fuiſſe, quæ nunc eſt Ciuitas Caſtellana, nullo tamen auctore certo. Illud autem eſt certiſſimum, ibi non fuiſſe Veientum ciuitatem, quod à nonnullis eſt imprudenter aſſeueratum: Nam ut omittam (quod etiam ex ijs quæ dicta ſunt facile perſpici poteſt) Ciuitatem Caſtellanam longo ſpatio intra Faliſcorum fines poſitam eſſe, qui a Veientibus diſiuncti, maximeq; diuerſi fuerant; certe Dionyſius hiſtoricus lib. II. auctor eſt Veientum urbem a Roma non plusq̄ centum ſtadijs

abeſſe

abeſſe; quin C. Pli. de Tybri amne loquens libro tertio ait, mox citra tredecim millia paſſuum urbis Veientem agrum a Cruſtumino, dein Fidenatē, Latiumq; à Vaticano dirimens. A quibus nec Liuius diſſentit, apud quem lib. V. Appius Claudius de Veiis loquens, ait eam urbem intra uiceſimum ab urbe lapidem eſſe Eutropius quoq; lib. primo Fidenates ſexto, Veientes XVIII. ab urbe milliario diſtare ſemel, atque iterum affirmat. Quæ cum ita ſint, nequaquam fieri poteſt ut ibi extiterit Veientum urbs, ubi nunc eſt Ciuitas Caſtellana quod iſti uelle uidentur: quum (uti dictum eſt) illa tantummodo XIII millia paſſuum, & omnino intra uiceſimum lapidem ab urbe Roma abſuerit, hanc uero ultra XXV. millia, & non minus ducētis ſtadijs diſtare omnibus notum, ac perſpicuum ſit. Cæterum quo in loco ciuitas Veientum ſita olim fuerit, quid nos aſſequi coniectura ualeamus? cum dicat Propertius. Et Veii veteres, & uos tum regna fuiſtis: Et ueſtro poſita eſt aurea ſella foro. Nunc intra muros paſtoris buccina lenti cantat, & in ueſtris oſſibus arua metunt. & L. Florus, Nunc Veientes fuiſſe quis meminit? quæ reliquiæ? quod ueſtigiū? laborat annalium fides, ut Veios fuiſſe credamus. Huius autem noui nominis Ciuitatis Caſtellanæ antiquiorem memoriam non inueni ea, quæ eſt, apud Platinam in uita quarti Adriani Pontificis circa annum Dñi MCLV. Quamobrē ueriſimile eſt euerſa Falari, ex illius reliquijs conſtructam, & habitatam eſſe Ciuitatem Caſtellanam, locum natura munitiorem, & illi admodum propinquum. Ab ipſa autem vrbe Feſcennio dicti ſunt Feſcennini uerſus, qui cuiusmodi eſſent, cum parum intellexiſſe uideatur Pompeius Feſtus in nuptijs dumtaxat eos cani ſolitos arbitratus, melius intelligetur ex illis Horatij verſibus. Agricolæ priſci fortes, paruoq; beati, Condita poſt frumenta leuantes tempore feſto corpus, & ipſum animum ſpe finis dura ferentē, Cum ſocijs operum, & pueris, & coniuge fida Tellurem porco, Syluanum lacte piabant, Floribus, & uino Genium memorem breuis æui. Feſcennina per hunc inuenta licentia morem, Verſibus alternis obprobria ruſtica fudit, Libertasq; recurrentes accepta per annos, Luſit amabiliter. Neque abſimile eſt quod libro ſeptimo primæ decadis ſcribit Liuius, Non ſicut an-

te Feſcennino uerſu ſimilem, incompoſitum temere, ac rudem alternis iaciebant. Tenendum itaq; pro certo eſt, Feſcenninos uerſus fuiſſe, per quos inductæ Ruſticorũ perſonæ tum in ſe, tum in alios iocoſa conuicia alternis canerent non ſolum in nuptijs, (ut Feſtus ait. & ſatis ex Seneca tragico colligi poteſt, apud quem in Medea in nuptijs Glauces reginæ chorus canit, Feſta dicax fundat conuicia Feſcẽninus, et ex illo Catulli in Epithalamio. Nec diu taceat procax Feſcennina locutio, itemq; Auſonij, Verum quoniam Feſcenninos amat celebritas nuptialis, atq; etiam ex Plinio. qui lib: xv. ait, Nuces iuglandes quanq̃; & ipſæ nuptialium Feſcenninorum comites, multo pineis minores) ſed etiam in conuiuijs, atq; alijs iocoſis hominum conuentibus, quod ex Horatij, Liuijq; teſtimonijs, & Aniani poetæ carminibus, quæ infra adſcribentur, liquido patet. Eiuſmodi autem iocis adhunc uſq; diem noſtrates Ruſtici, præſertim uero meſſores, ac uinitores utũtur. Illis autem temporibus adeo grati erant Feſcennini uerſus: ut ne Octauius quidem Auguſtus ab illis ſcribendis abſtinuerit. Vnde apud Macrobium ſecundo Saturnalium libro legitur, Temporibus Triumuiralibus Pollionem, quum Feſcenninos in eũ Aug. ſcripſiſſet, dixiſſe. At ego taceo, nõ eſt enim facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere. Omnium autem elegantiſſime Feſcenninos ſcripſit Anianus poeta, de quo Auſonius in Centone nuptiali, Nam quid Aniani Feſcenninos, quid antiquiſſimi poetæ Liuij Erotopægnion libros loquar? Is autem Anianus fuit ex noſtratibus Faliſcis, Probi grammatici diſcipulus, Auli Gellij amicus, per ea tempora quibus Adrianus ad imperium Romanum eſt adſcitus. Ideoq; nil mirum eſt eum adeo ſcribendis Feſcenninis ideſt patrijs uerſibus præſtitiſſe. qualis autem is fuerit, qualeſq; eius uerſus ex ipſius Auli Gellij, & Terẽtiani Mauri uerbis intelligetur. Ille enim libro ſeptimo ait, Anianus poeta præter ingenij amœnitatem literarum quoq; ueterum, & rationum in literis oppido q̃; peritus fuit, & ſermocinabatur mira quadam & ſcita ſuauitate. Itemq; lib. uigeſimo, Anianus poeta in fundo ſuo, quem in agro Faliſco poſſidebat, agitare ſolitus erat uindemiam hilare, atq; amœniter, ad eos dies me, et quoſdam item alios familiares uocauit. Terentianus uero etiam ipſos vinde-

miales (ut ita dicam) uerſus exempli cauſa ſuis interpoſuit. Cætera pars ſupereſt, mea tibia dicere uerſus, Hæc iuncta frequentius edent Anapæſtica dulcia metra. Cuicunq; libebit ut iſtos Triplices dare ſic Anapæſtos, Atq; ille poeta Faliſcus, Cum ludrica carmina pangit. Vua uuaſum, & uua Falerna, Et ter feror, & quater anno. Libro quoq; dixit eodem, vnde unde colonus? Eoi flumine uenit Orontæ. Erant & Phaliſca metra ab eo ſic fortaſſe dicta, quòd illis potiſſimum Feſcennina ſcriberentur. mihi tamen id aliter non liquet. Phaliſcum metrum, inquit Seruius conſtat tribus dactylis, & pyrrichichio, cui conſentire uidetur Terentianus, qui de A. Sereno poeta loquens ait: Talia docta Phaliſca legimus, Quando flagella iugas, ita iuga, Vitis et ulmus uti ſimul eant. Nã niſi ſint paribus fruticibus, Vmbra necat teneras amineas. Tale eſt primum Boethij carmen libri tertij.

Qui ſerere ingenuum uolet agrum, Liberat arua prius fruticibus.
Falce rubos, filicéq; reſecat: Vt noua fruge grauis ceres eat. &c.

Acron Horatij commentator in VI. oden. libri primi quæ incipit.
Laudabunt alij claram, Rhodon, aut Mitylenen, Aut Epheſum, bimaris'ue Corinthi &c. de ultimo pede paulo aliter uidetur ſentire dicit .n. ſecundum uerſum illum Aut epheſum &c. Tetrametrum eſſe, qui & Phaliſcus appellatur, & ex quatuor pedibus, ultimis conſtat heroici uerſus. Exẽplum uero à Seruio ſubiectum ab eius ratione diſcrepat. habet enim hoc. Docta Phaliſca Serene paraſti. quapropter, quin corruptus ſit Seruij locus in ultimo huius uerſus pede non eſt dubitandum. Deinde eſt apud Geographos Ortanum oppidum, quæ nunc eſt Orta ciuitas, qua, & illius arce munita Etruriæ Marchio Albericus (ut diximus) Vngaros in Italiam uocauit. Eam ciuitatem multis iam ſeculis Epiſcopali dignitate ornatam fuiſſe conſtat ex tertia Synodo Symmachi Papæ circa annum Dñi quingenteſſimum quartum, cui iuxta Maximum Bleranum, Fœlicem Nepeſinum, Romanum Nomentanum, & Aſellum Populonienſem ſubſcripſit Martianus Ortenſis Epiſcopus, & ex Synodo Nicolai primi cui ſubſcriptus eſt Arſenius Ortanus Epiſcopus. De hac ciuitate putant nonnulli locutum eſſe Virgilium lib VII. in illo uerſu, Ortinæ claſſes, populiq; Latini. Polymar-

tium & ipſa olim Epiſcopali dignitate ornata ciuitas, quod patet, ex Synodo tertij Gregorij, cui ſubſcripſit Maiorinus Epiſcopus Eccleſiæ Polymartij, ea teſte Blondo, patria fuit Sabiniani Papæ, qui diuo Gregorio ſucceſſit. Corchianum ex ipſo nomine licet conijcere antiquiſſimum eſſe uicum ab Horchia, quam nonnulli aſſerunt Etruriæ Deam fuiſſe eandem, quæ Latinis Pomona dicebatur, à qua etiam denominatum eſt alterum oppidum, ſub cyminio Vicus Horchianus quod nomen adhuc ſeruans uulgo dicitur Vicorchianum. Vadimonis lacus, ad quem auctore Li. lib. IX. initiata eſt Tuſca militia, per uulgato quodam auctorum errore ignoratum eſt ad hanc usq; ætatem ubi eſſet, aſſerente Blondo eum eſſe, qui ad montem Roſulum uidetur. Volaterrano uero eum qui in Viterbienſi agro Romam uenientibus dextrorſum relinquitur. At qui ego uno tantum Cæcilij teſtimonio, atque auctoritate utrumq; falli, atq; hallucinari, luce clarius oſtendam. Scribit enim Cæcilius VIII. lib. ad Gallum, Exegerat proſocer meus, ut Amerina prædia ſua inſpicerem, hæc perambulanti mihi oſtenditur ſubiacens lacus, nomine Vadimonis. Lacus eſt in ſimilitudinem iacentis Rotæ circunſcriptus, et undiq; æqualis, nullus ſinus, obliquitas nulla, omnia dimenſa, paria, & quaſi artificis manu cauata & exciſa, color cæruleo albidior, & preſſior ſulfure. odor, ſaporq; medicatus, uis qua fracta ſolidantur, ſpatium modicum, quod tamen ſentiat uentos, et fluctibus intumeſcat, nulla in hoc nauis, ſacer enim eſt, ſed innatant inſulæ herbidæ omnes arundine & iunco tectæ, & reliqua. Itaque ſi is lacus uel in agro montis Roſuli, uel in campis viterbiēſibus fuiſſet, ut iſti uolunt, profecto non ſolum Amerina prædia perambulāti ſubiacens lacus nō oſtendi, ſed nec ex altioribus Ameriæ montibus uideri potuiſſet ullo modo. Ne autem legentium animos in re tam clara diutius teneam, dubio procul is vadimonis lacus eſt, qui in Baſſani oppidi agro non longe à Tyberi, ipſoq; Tyberi intermedio, collibus Amerinis ſubiectus, cætera quoq; ad unguem Cæcilianæ deſcriptioni conuenit, excepto quod inſulæ illæ, quas etiam Plinius ſecundus libro II. mobiles eſſe aſſeruit, interuallo tanti temporis cohæſerunt, quamobrem rotunditate manente, lacus eſt undiq; iunco et arundine circūſeptus, quod etiam in agro Reatino ad Cutilias

aquas uidemus eueniſſe, ubi Plinius fuiſſe ait ſimiles inſulas, quæ nunc non exiſtunt. Cæterum lacus hic de quo loquor, adhuc quaſi ſacer, horrorem quendam indigenis incutit, nec piſces producit, ſed tantum ſerpentes. Meminit etiam de ipſo lacu & inſulis in eo mobilibus Seneca lib. III. naturaliū quæſt. qui eas natantes inſulas putat ex pumicibus conſtare. Ex ijs, quæ diximus, cognoſci facile poteſt, quàm hactenus longe aberrauerint à uero, nō modo qui dixerunt eum eſſe montem Faliſcorum, qui prope Vulſinienſium lacum ſitus, uulgo dicitur mons Flaſconus, et eos campos eſſe Faliscos, qui iacent inter, Viterbium & montem Flasconum, uerum etiam qui opinati ſunt & Veientum olim urbem, Ciuitatem Caſtellanam & Vadimonis lacum, Viterbienſem Nauiſum, aut Roſuli montis lacum, & qui Faleriā, eam quæ eſt Ptolomæo Ferentia, Plinio & Straboni Ferentium, Othonis olim Imperatoris patria non multis anteactis ſæculis a Viterbienſibus diruta. eius inter Vicorchianum & montem Flaſconum extant ruinæ, quæ uulgo appellantur Ferentum. Siquidem hæc ponere nihil erat aliud, quam totam Faliſcorum regionem ultra Cyminium montem trāſportare, cum eam Ciſcyminiam, & Veientibus Nepeſiniſq; confinem, ac Romæ vicinam fuiſſe cōſtet; ſimul apparat uerum eſſe quod ait Myrſilius Lesbius, De gentis antiquitate, origine, & locis minus remotis & exteris, quamuis alioquin eruditiſſimis, quam ipſi genti credendum eſſe. Regebantur autem Falisci populari gubernatione, quemadmodum & reliqui Etruriæ populi, quibus adeo regium nomen odioſum fuiſſe Liuius refert, ut cum Vaientes tædio annuæ ambitionis, quæ interdum diſcordiarum cauſa erat, ueteri magiſtratu ſublato, Regem ſibi creauiſſent, ſimulq; Rom. obſidione præmerentur, his omnino decreuerint auxilium negari oportere donec ſub Rege eſſent. Originem habuiſſe Faliscos ab Argiuis, & illorum duce Haleſo, teſtis eſt Plinius, & Ouidius, qui in Elegia de feſto Iunonis ait, Argiua eſt pompæ facies, Agamemnone cæſo, Et ſcelus, & patrias fugit Haleſus opes. Iamq; pererratis profugus terràq;, mariq; Mœnia fœlici condidit alta manu, Ille ſuos docuit Iunonia feſta Faliſcos. & Faſtorum lib. IIII. Venerat Atridæ fatis agitatus Haleſus; à quo ſe dictam terra Faliſca putat. Huc addan

tur & Dionyſii uerba ſuperius poſita. Trogus autem Pompeius lib. xx. de Italiæ urbibus, quæ à Græcis originem habuerunt, locutus dixit Chalcidenſium eſſe Faliſcos, Nolanos, Atellanos. Colebant Faliſci ex Deis, quemadmodum & reliqui Tuſci, Vadimonem, cui Deo ſacer erat lacus (de quo diximus) Vadimonis appellatus. Erat autem lingua Tuſca Vadimon Deus qui Romanis Vertumnus, et Ianus appellabatur. ut atteſtatur Beroſus lib. V. ad quod alluſit Ouidius lib. Faſtorum primo loquente Iano, Me penes eſt unnm uaſti cuſtodia mundi, & ius uertendi cardinis omne meum eſt. & Propertius lib. IIII. loquente vertumno, Thuſcus ego, thuſcis orior, & reliqua. & apertius Dionyſius lib. V. Vicus Thuſcus à Romanis appellatur, per quem eſt tranſitus ad circum maximum, ubi fuit templũ Vertumni, ideſt Iani Etruſcorum principis. Cuius Iani quadricipitis ſimulacrum cum quatuor frontibus in Vrbem ex ipſa Faleria delatum fuiſſe teſtatur Macrobius primo Saturnalium libro, & Seruius loco ſupra dicto, qui addit eo ſimulacro delato quatuor illi portarum templum fuiſſe dicatum, & ponit cauſas quamobrem alij bifrontem Ianum haberent, alij quadrifrontem. Fuit autem is Vadimon, ac Ianus Tuſcorum Rex, qui Saturnum hoſpitio, & in regni partem recepit, habuitq; Regiam in colle, qui ex urbe primus in Etruriam iter præbens, propterea Ianiculus dictus, Diui Petri æde notiſſimus eſt, & de quo ait Ouidius, Arx mea collis erat, quam cultrix nomine noſtri Nuncupat hæc ætas, Ianiculumq; uocat. Huic Deo farre tantum, & uino ſacrificabant, ſignificantes parſimoniam, & rudem uictum ætatis, qua ille regnauit. Quamobrem ait Iuuenalis Satyra XI. Ponebant igitur tuſco farrata catino Omnia tunc, quibus inuideas, ſi liuidulus ſis, Qua etiam uſq; ad nos continuata ſuperſtitione fit, ut noſtrates pro ſacris cibis habeant placentas farratas. Colebant inſuper accepto ritu à conditoribus Argiuis, Iunonem, quod atteſtatur. Ouid. faſtorum lib. VI. loquēte Iunone, Adde ſenem Tatium, Iunonicolaſq; Faliſcos, Quos ego Romanis ſuccubuiſſe tuli. & Dionyſius ubi ait, Templum Iunonis in Faleria eodem modo conſtructum quo in agro, ibi etiam expiationum ritus ſimilis, & ſacræ fœminæ templum curantes, & quæ caniſtrifera dicitur puella innu-

pta ſacra incipiens de uictimis, & uirginum chori laudantium Deam patrijs cantibus. Id ſacrificij genus, & pompam deſcribit Ouidius in Elegia cuius ſupra memini, Colebant cum his & Apollinem, & Ditem in Soracte monte, & Deam Feroniam, cuius ædis, & luci ex Liuio mentio ſupra facta eſt. necnon & Horchiam, & Palladem, ob cuius effigiem Romam inde aduectam, ait Ouidius tertio Faſtorum, An quia perdomitis ad nos captiua Faliſcis venit? in apologetico autem Tertullianus ait, Faliſcorum in honore eſt pater Curis, unde accepit cognomen Iuno. Moribus, et legibus erant adeo bene inſtituti Faliſci, ut propterea fuerint à Virgilio et Silio æqui nuncupati. quandoquidem (ut inquit Seruius) Romanus Populus ab eis iura fœcialia collegit, & nonnulla ſupplementa XII. tabularum. Quin & ſuos priuatim habebant anni menſes, ideoq; de Martio loquens ait Ouidius, Tertius Albanis, quintus fuit ille Faliſcis. In pleriſq; autem antiquis Argiuorum moribus utebantur, à quibus ipſi originem ducebant, quod patet ex Dionyſio, qui inquit, Faleria, & Feſcennium & ætate mea habitatæ erant à Romanis, paruas adhuc quaſdam ſeruantes reliquias pelaſgi generis, & ſubdit, In hiſq; reſtiterunt diu multa priſcorũ monumẽta: quibus olim græca natio uſa, ſicut armorũ bellicorũ ornatus, clypei Argolici, haſtæ, & inferius, Quum autem bellum inferrent ipſi, aut inuadentibus ſe hoſtibus obuiaturi pro finibus exercitũ mitterent, ſacri quidã uiri ante, alios inermes ibant, fœciales, ſacrorũq; apraratus, et Deorũ ſimulacra, ſanctimoniæq; et ſacra, et alia multa ſimilia. Lino et Cannabi, ſicut nũc, ſemper abũdauerunt, hinc Silius ait, induti ſua lina Faliſci. nec ſine cauſa dixit Poeta induti ſua lina, cũ ea ſint molliora indumẽtis magis, q̃ operoſis rebus apta. quod teſtatur Gratius uocãs ea imbellia lina. Apud ipſos Faliſcos quoq; inuẽtũ farciminis genus, de quo Papinius lib. IIII. ſiluarũ, Non lucanicæ, nõ graues Faliſci, ac Martialis. Et Lucanica uẽtre cũ Faliſco. quod genus hodie quoque in uſu eſt. Agri inter cætera propriũ eſſe oues et boues albos producere teſtatur Plinius lib. ſecundo. in Faliſco herba depaſta, et Clitũni amnis aqua pota candidos boues facit, & Ouidius in eadem elegia, Ducuntur niueæ populo plaudente iuuencæ, Quas aluit campis herba Faliſca ſuis. &

primo Faſtorum, Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci, Quos aluit campis herba Faliſca ſuis. & de Ponto lib. III. Agnaq; tam lactens, quam gramine paſta Faliſco, Victima Tarpeios inficit icta focos. Cum Romanis Faliſci, quantum ex Liuio colligitur, hoc pacto ſe geſſerunt. Fidenæ Veientium Colonia, olim trans Tyberim miſſa iuxta Anienem ex aduerſa parte agri Romani in collibus non longe à Tyberi ſita Romanorum iam facta Colonia, ad Veientes defecerat, deinde quatuor legatos Populi Romani cauſam noui conſilij quærentes, iuſſu Lartis Tolumnij Veientum magiſtratus, Fidenates interfecerant, eo Mamercus Aemilius à Romanis dictator cum exercitu miſſus eſt, Fidenatibus & Veientibus legiones Faliſcorum auxilio uenerũt, atque ita trium populorum exercitus aduerſus Romanos inſtructus eſt. Sed inito prælio fuſi, fugatiq; ſunt omnes, occiſo etiã Larte Tolumnio: eius interfector A. Cor. Coſſus, qui poſtea opima ſpolia in æde Iouis Feretrij cum ſolenni dedicatione dono fixit, Tyberim cum equitatu tranſuectus, ex agro Veientano ingentem abegit prædam ad vrbẽ. Sequenti anno Romanorum exercitus in agrum Veientem, ac Faliſcum ducti ſunt, prædæ abactæ hominum, pecorumq;, vrbes tamen non oppugnatæ, quia peſtilentia Romanum populum inuaſerat. Inſequenti uero anno captis à Seruilio Dictatore Fidenis, trepidatum eſt in Etruria non Veientibus ſolum, qui etiam tum rebellantibus Fidenatibus affuerant, ſed et Faliſcis memoria initi primo cum ijs belli. Quamobrem miſſis circa XII. Etruriæ populos legatis, licet impetraſſent, ut ad Vuolturnæ Fanum indiceretur omni Etruriæ concilium, in eo tamen concilio negata ſunt Veientibus auxilia, iuſſiq; ſuo conſilio bellum initum ſuis uiribus exequi, nec aduerſarum rerum quærere ſocios, cum quibus ſpem integram communicati non ſint. Præteritis deinde annis circiter XXVII. quia tempus induciarũ interim poſt aliquot rebelliones cum Veientibus initarum exierat, Romani per legatos, fœcialeſq; res petere cœperunt, & lege tandem de indicendo Veientibus bello perlata, exercitum magna ex parte uoluntarium Tribuni militum Conſulari poteſtate Veios duxere, Sub cuius initium obſidionis, cum Etruſcorum Concilium ad Fanum Volturnæ frequenter habitum eſſet, parum conſtitit,

bello ne publico gentis vniuerſæ tuendi Veientes eſſent. Tertio autem belli anno, cum Romani, Veijq; tanta in armis eſſent ira, odioq;, ut uictis finē adeſſe appareret, ac Romani auxiſſent numerum Tribunorum ad octo, quot nunquam fuerant. Veientes contra tædio annuæ ambitionis, quæ interdum diſcordiarum cauſa erat, Regem ſibi (quod ſupradictum eſt) creauiſſent. offendit ea res populorum Etruriæ animos, tum odio regni, tum ipſius Regis, qui priuata cauſa grauis uniuerſæ genti fuerat opibus ſuperbiáq;, Itaque decreuerunt auxilium Veientibus negandum, donec ſub Rege eſſent. Anno deinde ab Vrbe condita (ni fallor) CCCLII. Tribunis militum ſex conſulari poteſtate Veios obſidentibus, haud bene Romana res geſta, & auctum eſt bellum aduentu repentino Capenatium, & Faliſcorum, qui duo populi (quemadmodum initio fere diximus) quia proximi regione erant, deuictis Veijs bello quoq; Romano ſe proximos fore credentes, Faliſci propria etiam cauſa infeſti, quod Fidenati bello ſe iam antea immiſcuerant: per legatos ultro citroq; miſſos iureiurando inter ſe obligati, cum exercitibus, nec opinato ad Veios acceſſere, a quibus diu in medio cæſi Romani, poſtremo deſertis munitionibus per pauci in maiora caſtra, pars maxima tum ignominioſa clade accepta Romam pertenderunt. Inſequenti uero anno ſub alijs Tribunis militum bellum Romani geſſerunt multiplex. eodem tempore & ad Veios, & ad Capenates, & ad Falerios, & ad alia loca. & Veijs caſtra, quæ amiſſa erant, recuperata caſtellis, præſidijſq; firmantur per M. Aemilium & Q. Fabium Tribunos, M. Furio in Faliſcis, & Cn. Cornelio in Capenate agro hoſtes nulli extra mœnia inuenti, prædæ actæ, incendijſq; uillarum, ac frugum uaſtati fines, oppida nec oppugnata, nec obſeſſa ſunt. Secundo deinde anno iterum ad Veios eodem quo antea modò circa munimenta Romanorum, cū repente Capenates, Faliſciq; ſubſidio ueniſſent, aduerſus treis exercitus ancipiti prælio pugnatum eſt. Sed uictores Romani illos omnes repulerunt ingenti eorum edita cæde. Proximo autem anno ad Veios nihil admodum memorabile actum eſt, tota uis in populationibus fuit, duo ſummi Rom. Imper. Potitus à Falerijs, Camillus à Capena prædas ingentes egere, nulla incolumi relicta

re, cui ferro, aut igni noceri poſſet. In ſequenti anno Romani deſperata ope humana expugnandæ Veientum ciuitatis fata & Deos ſpectabant, miſſis Delphos legatis de aqua lacus Albani, quæ ſine ullis cœleſtibus aquis, cauſaue qua alia, quæ rem miraculo eximeret, in altitudinem inſolitam creuerat, quod fatale erat Veijs prodigium. Concilia autem Etruriæ, iterum habita, poſtulantibusq; Capenatibus, ac Faliſcis, ut Veios communi animo conſilioq; omnes Etruriæ populi ex obſidione eriperent, reſponſum eſt, antea ſe id Veientibus negaſſe, quia unde conſilium non petiſſent ſuper tãta re, auxilium petere non deberent, nunc iam pro ſe fortunam ſuam illis negare, ſanguini tamen, nominiq;, & præſentibus periculis conſanguineorum id dari, ut ſi qui iuuentutis ſuæ uolũtarij ad id bellũ eant, nõ impediãt, iſq; magnus fuit, qui aduenit iuuenũ numerus. Romani Titinius, Genutiusq; Tribuni militum profecti aduerſus Faliſcos Capenatesq;, dum bellum maiore animo gerunt, q̃ conſilio, præcipitauere ſe in inſidias. Genutius morte honeſta temeritatem luens ante ſigna inter primores cecidit. Titinius in editum tumulum ex multa trepidatione militibus collectis aciem reſtituit, nec ſe tamen æquo loco hoſti commiſit. tantum inde terroris et in caſtris ad Veios, et in urbe fuit, ut inde M. Furius Camillus Dictator excidendis Veijs, & ſeruandæ patriæ dictus fuerit. Is profectus cum exercitu in agro primum Nepeſino cum Faliſcis & Capenatibus ſigna confert, nec prælio tantum fudit hoſtes, ſed caſtris quoque exuit, ingentiq; præda eſt potitus. inde ad Veios ducto exercitu opulentiſſimam Vrbem X. anno, poſtq̃ cœpta eſt obſideri, ui cepit, ab Vrbe cõdita CCCLVIII. anno. Captis Veijs inſequenti anno Tribunis militum duobus Cornelijs Coſſo, & Scipioni Faliſcum bellum, Valerio, ac Seruilio Capenas ſorte euenit, ab ijs non urbes ui, aut operibus tentatæ, ſed ager eſt uaſtatus, prædæq; rerum agreſtium actæ, nulla fœlix arbor, nihil frugiferum in agro relictum, ea clades Capenatem populum ſubegit, pax petentibus data. in Faliſcos bellũ reſtabat. Id cum M. Furio Camillo Tribuno militum eſſet mandatum, eo accedens Camillus, cum primo mœnibus ſe Faliſci tenerent, tutiſſimum id rati, populatione agrorum, atq; incendijs villarum coegit eos egredi Vrbe, Sed timor

longius progredi prohibuit, mille fere paſſuum ab oppido caſtra locant, nulla re alia fidentes ea ſatis tuta eſſe, q̃ difficultate aditus, aſperis confragoſisq; circa, & partim arctis, partim arduis uijs. Cæterum Camillus captiuum indicem ex agris ſecutus ducem, caſtris multa nocte motis, prima luce aliquanto ſuperioribus ſe oſtendit. triſariam Romani muniebant, Alius exercitus prælio intentus ſtabat. Ibi impedire opus hoſtes conatos fundit, fugatq;, tantumq; inde pauoris Faliſcis iniectum eſt, ut effuſa fuga caſtra ſua, quæ propiora erant, prælati Vrbem peterent, multi cæſi, uulneratiq; priuſq̃ pauentes portis inciderent, caſtra capta, præda ad quæſtores redacta cum magna militum ira. Sed ſeueritate imperij uicti, eandem uirtutẽ & oderant, & mirabantur. Obſidio inde urbis, & munitiones, & interdum per occaſionem impetus oppidanorum in Romanas ſtationes, præliaq; parua fieri, & teri tempus neutro inclinata ſpe, cum frumentum, copiæq; aliæ ex ante conuecto, largius obſeſſis, quam obſidentibus ſuppeterent. Videbaturq; æque diuturnus futurus labor, ac Veijs fuiſſet, ni fortuna Imperatori Romano, ſimul & cognitæ rebus bellicis uirtutis ſpecimẽ maturam uictoriam dediſſet. Mos erat Faliſcis eodem magiſtro liberorũ et comite uti: ſimulq; plures pueri, quod hodie quoq; (inquit Liuius) in Græcia manet, unius curæ demandabantur. Principum liberos, ſicut fere fit, qui ſcientia uidebatur præcellere, erudiebat, is cum in pace inſtituiſſet pueros ante vrbem luſus exercendiq; cauſa producere, nihil eo more per belli tempus intermiſſo, dum modo breuioribus, modo longioribus ſpatijs trahendo eos a porta luſu, ſermonibusq; uarijs longius ſolito, ubi res dedit, progreſſus, in ſtationes eos hoſtium, caſtraq; inde Romana in prætorium ad Camillum perduxit, ibi ſceleſto facinori, ſceleſtiorem ſermonem addit. Falerios ſe in manus Romanis tradidiſſe, quando eos pueros, quorum parentes capita ibi rerum ſint, in poteſtatem dediderit. Quæ ubi Camillus audiuit, non ad ſimilem (inquit) tui, nec populum, nec Imperatorem ſceleſtus ipſe cum ſceleſto munere ueniſti. nobis cum Faliſcis, quæ pacto fit humano ſocietas non eſt, quam ingenerauit natura utriſq;, eſt, eritq;, ſunt & belli ſicut pacis iura, iuſteq; ea non minus q̃ fortiter didicimus gerere, arma ha

bemus non aduerſus eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur, ſed aduerſus armatos, & ipſos, qui nec læſi, nec laceſſiti a nobis caſtra Romana *ad* V*eios oppugnauerunt. eos tu, quantum in te fuit, nouo ſcelere uiciſti, ego* R*omanis artibus, uirtute, opere, armis, ſicut* V*eios uincam.* D*enudatum deinde eum manibus poſt tergum illigatis reducendum* F*alerios pueris tradidit, uirgasq; eis, quibus proditorem agerent in urbem uerberantes, dedit.* A*d quod ſpectaculum concurſu populi primum facto, deinde à magiſtratibus de re noua uocato* S*enatu, tanta mutatio animi eſt iniecta, ut qui modo efferati odio, iraq;* V*eientium exitium pene, quam* C*apenatium pacē mallent, apud eos pacem uniuerſa poſceret ciuitas.* F*ides* R*omana,* I*uſtitia* I*mperatoris in foro, &* C*uria celebrantur, conſenſuq; omnium legati ad* C*amillum in caſtra, atque inde permiſſu* C*amilli* R*omam ad* S*enatum, qui dederent* F*alerios, proficiſcuntur.* I*ntroducti ad* S*enatum ita locuti traduntnr.* P*atres conſcripti uictoria, cui nec* D*eus, nec homo quiſquam inuideat, uicti à uobis, &* I*mperatore ueſtro, dedimus nos uobis, rati, quo nihil uictori pulchrius eſt, melius nos ſub imperio ueſtro, quàm legibus noſtris uicturos, euentu huius belli duo ſalutaria exempla prodita humano generi ſunt, uos fidem in bello, q̃; preſentem uictoriam maluiſtis, nos fide prouocati uictoriam ultro detulimus, ſub ditione ueſtra ſumus. mittite qui arma, qui obſides, qui urbem patentibus portis accipiant, nec fidei uos noſtræ, nec nos imperij ueſtri pœnitebit. camillo & ab hoſtibus, et à ciuibus gratiæ actæ.* F*aliſcis in ſtipendium militum eius anni, ut* P*op.* R*om. tributo uacaret, pecunia imperata, pace data, exercitus* R*omam reductus. de hac hiſtoria cum* L*iuio fere conueniunt* V*al.* M*aximus,* L. F*lorus,* I*ulius* F*rontinus lib. 4.* S*tratagematicon,* P*lutarchus, & recentiores pleriq; auctores. leguntur eadere* A*lphij* A*uiti poetæ uerſiculi.* T*um literator creditus* L*udo* P*haliſcū liberos conatus in cāpi patens* E*xtraq; muros ducere* S*patiādo paulatim trahit* H*oſtilis ad ualli latus.* F*uit autem is annus ab* V*rbe condita* CCCLX. *ab exactis* R*egibus* CXVI. *ante* I*eſu* C*hriſti* S*eruatoris noſtri aduentum tercenteſimus nonageſimus primus, & ab eo, quo primum* F*aliſci aduerſus* R*omanos pro* F*idenatibus pugnauerunt, quadrageſimus ſecū*

dus. Poſtq; Romanis Faliſci (ſicut eſt dictum) ſe dediderant, aliquoties rebellarunt, ſed ſemper aduerſis prælijs uicti ſunt. Interiectis enim paucis annis interim Galli ex Cluſio ad urbem infeſto exercitu profecti, fuſis ad Alliam fluuium Romanis ceperant, incenderantq; urbem, ingenti facta occiſione, deinde F. Camillus Dictator abſens creatus inter pendendum aurum cum exercitu ſuperueniens Gallos poſt ſextum menſem urbe expulerat, cecideratq;, cum Etruria prope omnis armata Sutrium Vrbem ſociũ Populi Romani per pactionem à feſſis ciuibus traditam occupauit. Interueniens autem Camillus iterum Dictator, eodem die recepit oppidum, & trucidatis paſſim Etruſcis oppidum ante noctem inuiolatum Sutrinis reddidit. Romæ autem poſt tantam à Gallis factam Ciuium cædem, in ciuitatẽ accepti, qui Veientum, Capenatiumq;, ac Faliſcorum per ea bella tranſfugerant ad Romanos, agerq; ijs nouis ciuibus aſſignatus. Quarto deinde anno Camillus & P. Valerius Tribuni militum ſutrinis, & Nepeſinis Romarorum ſocijs aduerſus Etruſcos auxilio miſſi, oppida iam ab hoſtibus capta ui recuperarunt, & ſocijs reſtituerunt. Poſt annos autem cirter XXV. cum Tarquinienſes, quæ ciuitas erat Etruriæ maritimæ, gentis Tarquiniæ, Regum olim Romanorum patria, cuius adhuc in agro Cornetano extant ueſtigia, fines Romanos populabundi peragrauiſſent, hinc aduerſus eos nata belli occaſione C. Fabius Ambuſtus Conſul aduerſus eos miſſus incaute, atque inconſulte pugnauit, inſigni accepta clade. Quo in bello, quia cum Tarquinienſibus militauerat iuuentus Faliſcorum: anno ſequenti ad prius deſtinata bella Romanis, Faliſci quoque hoſtes exorti duplici cauſa, quod cum Tarquinienſibus (ut eſt dictum) militauiſſent, & eos qui Falerios profugerant ex Romanis, cum male pugnatum eſt, repetentibus fœcialibus Romanis non reddiderant. Quamobrem ſecundo deinde anno Fabium iterum Conſulem aduerſus eos miſſum, Faliſci, Tarquinienſesq; prima pugna fuderunt, quod ſacerdotes eorum facibus ardẽtibus, anguibusq; prælatis, inceſſu furiali militem Romanum inſolita turbauerant ſpecie. Sed poſtea metus uanitate agnita, Romani milites in hoſtes irruentes, auerterũt illorum aciem, caſtriſq; etiam eo die potiti, præda ingenti parta, uictores re-

uerterunt· Concitatur deinde omne nomen Etruſcum, & Tarquinienſibus, Faliſcisq́; ducibus, ad Salinas perueniunt aduerſus quorum terrorem Dictator Caius Martius Rutilius, primus de plebe dictus, multos populatores agrorum uagos, palantesq́; oppreſſit, Caſtra quoque nec opinato aggreſſus cepit, & octo millibus hoſtium captis cæteris aut cæſis, aut agro Romano fugatis triumphauit. Inſequentibus autem annis aduerſus Tarquinienſes acerbe ſæuitum, multis eorum in acie cæſis, & captis. & Cæritibus, qui cum illis cõſpirauerant, ob uetus Cæretis populi in Romanos meritum pax data, inducijs cum eis in centum annos factis. In Faliſcos eodem noxios auſu uis belli conuerſa eſt, ſed quia nuſq́; inuenti hoſtes, cum populatione peragrati fines eſſent, ab oppugnatione Vrbium temperatum. Duobus deinde interiectis annis T. Quintius & C. Sulpitius Coss. ad bellũ ambo profecti, Faliſcum Quintius, Sulpitius Tarquinenſe, nuſq́; acie congreſſo hoſte, cum agris magis quàm cum hominibus, urendo, populandoq́; geſſerunt bella, cuius lentæ tabis ſenio uicta utriuſq; pertinacia populi eſt, ut primum à Conſulibus, deinde permiſſu eorum, ab Senatu inducias peterent, quas in annos quadraginta impetrauerunt. Annis deinde interiectis octo, Marco Val. Coruino. III. & A. Cor. Coſſo Coss. qui fuit annus ab urbe condita (ut puto) CCCX. cum fœliciter ad Sueſſulam cum Samnitibus Romani pugnaſſent, eius certaminis fortuna perterriti Faliſsi, cum in inducijs eſſent, fœdus ab Senatu petierunt. Permanſerant autem in fœdere multis annis, donec L. Papirio Curſore, Sp. Caruilio Maxi. Coss. anno conditæ urbis CCCCLX. (Cum interim Romani trans Cyminium in Etruria multis peractis bellis alios populos deuiciſſent, alios in amicitiã accepiſſent, cum nonnullis inducias haberent) ijs in Samnitico bello occupatis, & tandem uictoria parta, per idem forte tempus rebellaſſe Etruſcos allatum eſt. legationes ſociorum quærebantur uri & uaſtari agros à finitimis Etruſcis, quod deſciſcere a Populo Rom. nollent, obteſtabanturq́; P. C. ut ſe à ui atq; iniuria communium hoſtium tutarentur. Reſponſum legatis, curæ Senatui futurum, ne ſocios fidei ſuæ pæniteret. Etruſcorum propediẽ eandem fortunam quam Samnitum fore. Segnius tamen quod ad Etruriam

attinebat acta res eſſet, ni Faliſcos quoque qui per multos annos in amicicia fuerant, allatum foret arma Etruſcis iunxiſſe, huius propinquitas populi acuit curam patribus, ut Fæciales mittendos ad res repetendas cenſerēt, quibus non redditis, ex auctoritate patrum iuſſu populi bellum Faliſcis indictum eſt, iuſſiq; Coſſ. ſortiri uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu tranſiret. euenit ea ſors Caruilio, qui poſt captum prius ui Troilium oppidum, & alia quinque caſtella locis ſita munitis expugnata, Faliſcis pacem petentibus annuas inducias dedit, pactus centum millia grauis æris, & ſtipendium eius anni militibus. Demum poſt annos quinquaginta ſtatim poſt primum bellum punicum, ut narrat Polybius lib. primo illato eis bello per Q. Luctatium, & A. Manlium coss. illoq; intra ſex dies tranſacto, Faliſci ſe Q. Luctatio dedere coacti ſunt, cæſis Faliſcorum (ut ſuperius dictū eſt) quindecim millibus, cæteris pace data, agriq; dimidia parte multæ nomine adempta. Sæuire nihilominus in illos parabat Romanus populus, ut meritas darent pœnas rebellionis. Sed poſtq̃ (ut refert Valerius) à Papyrio, cuius manu iubente Conſule uerba deditionis ſcripta erant, doctus eſt Faliſcos non poteſtati, ſed fidei ſe Romanorum commiſiſſe, omnem iram placida mente depoſuit, pariterq; & uiribus odij, non ſane facile uinci aſſuetis, & uictoriæ obſequio, quæ promptiſſime licentiam ſubminiſtrat, ne iuſtitiæ ſuæ deeſſet obſtitit. In eam agri partem, quam diximus fuiſſe Faliſcis ademptā, deducta eſt deinde à Romanis Colonia, que, ut ſunt auctores Cato apud Plinium, & Iulius Frontinus, Iunonia cognominata eſt, & Faliſca. uerba Frontini ex fragmentis libri inſcripti de Colonijs hæc ſunt. Colonia Iunonia, quæ appellatur Falisca, à tribus uiris aſſignata eſt, in qua limites interciſiui ſunt directi, in locis quibuſdam riui finales, & caua quæ ex pactione aſſignata ſunt, termini, autem ſunt Silicinei, & diſtant à ſe in pedes CCCLX. CCCCXX.. CCCCLXXX. & DC. cæteri normales riuorum curſus ſeruant, & ſubdit. Colonia Nepeſis ea lege ſeruatur, qua & ager Faliſcorum, & reliqua. Inclinato deinde Romano Imperio poſt calamitates illas, quas uniuerſa Italia per ſuperuenientes uelut undas Barbarorum nationes perpeſſa fuit, hæc regio Faliſcorum tota ceſſit in ditionem Eccle-

ſiæ Romanæ, ſeu (quod magis uero conſonat) longa poſſeſſione, quæ a Ludouico primo Imperatore confirmata eſt, anno à Chriſto nato DCCCXVII. ut probant ipſius Ludouici literæ poſitæ in decretis Gratiani. LXIII. diſt. c. ego Ludouicus, quarum eſt apud me integrum exemplum uetuſtis Longobardorum literis exaratum. in quo inter Thuſciæ loca connumerantur Portus centumcellæ, cæra, Manturanum, Blera, Sutrium, Nepa, caſtellum, Galleſium, Orta, Polymartium, Ameria, Tuder, & Peruſium, cum tribus inſulis, Quam confirmationem per eadem uerba fecit, deinde etiam Henricus ſecundus Imperator Benedicto Pontifici eius nominis nono. Nam id, quod libro hiſtoriæ ſuæ decimo affirmat Blondus proueniſſe hoc ex Liutprandi Longobardorum Regis, Zachariæ tunc Rom. Pontifici, & diuo Petro facta largitione, aliter ſe habet: is enim non totam regionem, ſed loca certa, atque ea non conceſſit, ſed prius ablata reddidit. ideoq; Bibliothecarius, cu, ut antiquiori eſt magis credendum, in uita Zachariæ ita ſcriptum reliquit. Liutprandus Rex reddidit eidem Papæ Sabinenſe patrimonium per annos triginta occupatum: Narnienſem quoque ciuitatem, et Auximanam, & Humanatem, et uallem, quæ uocatur magna in territorio Sutrino, per donationis titulum ipſi, & beato Petro Apoſtolorum Principi reddidit, & pacem cum Ducatu Romano, in decem annos confirmauit. Atque ut hoc quoque obiter declaremus, Ducatus Romanus tunc appellabatur ea regio, cui cum ipſa Vrbe Roma præfectus erat unus ab Imperatore Conſtinopolitano miſſus, & ei ex una parte ultra Ameriam, & Narniam, Spoletinus Ducatus, ex altera confines erant alij Longobardi, qui Thuſciæ uſq; ad Viterbium dominabantur. inter ipſos Longobardos, & Romanos bellum erat aſſiduum. Cum autem poſt Narniam, Galleſium quoque cum caſtello ideſt arce ſua fuiſſet à Spoletino Duce occupatum: de eius recuperatione in uita Gregorij tertij Bibliothecarius ita ſcribit. Huius temporibus Gallienſium caſtrum recuperatum eſt: pro quo quotidie expugnabatur Ducatus Romanus à Ducatu Spoletino, datis pecunijs non paucis Tranſemundo Duci eorum, ut ceſſarent bella, & quæſtiones, & ſic cauſa finita eſt. Quam rem fuſius explicando Blondus loco proximo citato ait. Tran

ſemundus

ſemundus Spoletanus Longobardorum Dux, Regi ſuo Liutprando, cum quo paulo ante in gratiam redierat, rebellauit, in quem Rex potentiſſimum duxit exercitum: & Spoleto, illiusq; Ducatus oppidis breui receptis Ducē quoque ipſum capere eſt adniſus; ille uero cum oppidum Gallienſium Romanis, quorum fuerat, pecunia accepta paulo ante reddidiſſet, fide publica a Stephano Patritio & Duce Romano habita in Vrbem confugit. poſtulauitq; illico Rex perfugam Ducē reddi, Sed Pont. Gregorius, Stephanusq; Dux datam Tranſemūdo ſalutis fidem cenſuerunt ciuium incommodo præponendam. tunc iratus Rex poſtq̄ Vrbem aliquot obſediſſet dies, ad Ducatus Romani Ciuitates & oppida ſe conuertit. & Ameria, Orta, Polimartio, Bleraq; captis, Spoletum redijt. Quam rem Baptiſta quoque Fulgoſius per eadem fere uerba recitat, vbi de publica fide tractat lib. VI. cap. VI. Præter iam dicta Faliſcorum oppida, erat illud quod Strabo Faliſcum, Stephanus, Plinius, & Solinus Faliſcam appellant, conditum (ut idem ait Solinus) ab ipſo Haleſo gentis principe, cum Faleriam (eodem auctore) Falerius Argiuus condiderit. Id oppidum ubi ſitum eſſet, ex ijs, quos adhuc legerim, nemo, qui ſciam, ſcriptum reliquit, attamen certa mihi eſt coniectura, fuiſſe in ijs agri noſtri Galleſini collibus, qui appellantur uulgo Pomarij, qua Tyberim ſpectant, ut non ab re ſeruatum ſit nomen Pomarijs, quamuis nullæ ibi ſint, neque etiam patrum memoria fuerint, præter quercus, pomiferæ arbores. Iunctis autem Strabonis, & Ouidij teſtimonijs cōfirmatur hoc quod dico. ait enim Strabo Faliſcum eſſe in uia Flaminia inter Ocriculum, & Romam, Ouidius autem in Elegia ſuperius citata, quemadmodum profectus ab urbe ad uxoris ſuæ patriam, quæ in Faliſcis erat, e uia digreſſus perrexiſſet Faleriam, ibiq; aliquandiu celebritatem feſti Iunonis uidendi cauſa moratus eſſet, deſcribens ait. Cum mihi pomiferis coniux foret orta Faliſcis, Mœnia contigimus uicta Camille tibi. Grande moræ precium ritus cognoſcere, quamuis Difficilis cliuis huc uia præbet iter, & reliqua. At uero nullus alius eſt locus in uia Flaminia inter Ocriculum et Romam ab ipſa Roma uenienti citra Faleriam ſitus, nec cui magis appoſitum illud Pomiferis, conueniens ſit, q̄ ijs collibus, quos modo dixi Poma-

rios appellari, nec deſunt antiquiſſima ruinarum ueſtigia eo in loco ſæpius ab aratoribus effoſſa. poterat ex hoc ſitu id oppidum diſtare a loco ubi nũc eſt Galleſium circiter mille & tercentum paſſus. Quo autem tempore deſierit habitari mihi eſt omnino incognitum. Sed illud ueriſimile eſt inclinato Romano imperio ſuperuenientibus barbaris, illius habitatores eo relicto uicinum hunc, & natura ſine mœnibus aduerſus eas barbarorum inundationes munitiſſimum, locum nactos Galleſium condidiſſe. Quæ uero fuerit nominis ratio non difficilis eſt coniectura, quæ ſatis ex ijs, quæ recitaui, antiquis monumentis probari poteſt, cum appareat nomen non duplici, ut nunc ſcribimus, ſed una tantum litera L. tertio loco ſcribi ſolitum eſſe ut Galeſina ciuitas, & Galeſium oppidum, referat ſcilicet Haleſi Faliſcæ gentis auctoris & ipſius Faliſcæ ciuitatis conditoris nomen. G. autem litera uidetur locum aſpirationis occupaſſe, aut ex uſu uulgi, quod in ſimilibus euenire ſolet, addita eſſe. Illud autem quod ab aliquibus aſſeritur, commiſtum eſſe nomen ex reliquijs Gallorum, qui a Furio Camillo profligati tanquàm apud hoſtes Romanorum (iuxta Virgilianum illud, Hinc Agamemnonius Troiani nominis hoſtis curru iungit Haleſus equos) huc ſe receperint, cum certum ſit illos huc diuertiſſe, admitti poſſet, niſi repugnarent Lucius Florus, & Eutropius, qui ſcribunt omnes reliquias eorum ad lacũ Vadimonis per Dolobellam deletas eſſe, ne quis extaret in ea gẽte, qui incenſam a ſe Romanam vrbem gloriaretur. Galleſium ſitum eſt inter Tyberim fluuium, Ortam ciuitatem, & ipſas Faleriæ ruinas, diſtat autem à Sabina regione, intermedio Tyberi uix duobus miliaribus, à uia Flaminia quæ per agrum Galleſium ad Orientem prope Tyberim iacet, ubi uicinior eſt paſſibus mille quingentis: e regione uiæ Flaminiæ ad Occidentem recta linea mons eſt Cyminius, & iuxta illum Surianum oppidum ad milliaria ſeptem, Septentrionem uerſus diſtat Orta ciuitas quinque millibus paſſuũ, & totidem ad Meridiem ipſa Faleria. Aedificatum eſt ipſum, quemadmodum & alia fere omnia huius regionis oppida, ſuper topho rupibus altiſſimis undiq; exciſo, cuius figura in oblongum tendens orbem perſimilis eſt oblongo pyri pomo, ita ut pars ima, quæ latior eſt, orientem reſpiciat. Aer

eſt loci ſaluber, bonaq; temperies cœli,iucunda agri forma,cœlum hyeme nõ ultra modum graue, iucunda etiam æſtatis clementia,frequentius aer ſpiritũ uitalis auras, quàm uentos habet. hic indigenæ ſenes diu quamplurimi uiuunt. plures uidimus,qui centum annos ætate prouecti transgrederentur, inter quos fuit Angelus Maſſa auus meus, uir qui ea ætate ſinceris ad huc ſenſibus & tenaci memoria res tam publice q̃; priuatim geſtas ab initio Põtificatus Martini quinti,quem ex Conſtantienſi Concilio ad urbem uenientem uiderat,recte, & memoriter enarrabat. Montes & Sabini, & Cyminij procul abſunt, Ager totus eſt fere planus,ut tota regio, præterq̃; ꝙ illis riuorum perennium eſt interſectus alueis profundiſſimis, ita ut pleriſq; in locis alludant Virgilij uerſus, Hinc atque hinc uaſtæ rupes,geminiq; minantur in cœlum ſcopoli. & qua ſpectat ad uentum Aquilonem, & Ocriculum,non longe ab oppido ſunt ij,quos appellant monticulos, & paulo ulterius ij (quos dixi) Pomarij colles. Rerum prouẽtu,hiſq; rebus omnibus,quæ ad uictum,humanum uſum ſpectant ſatis uber, ubi terra minus læta minus eſt ſementi apta,quippe quæ ſuper topho ſita non admodum alta eſſe poteſt, ubi propius oppidum ſunt oleæ feraciſſimæ,quas bonitate fructus nec Tyburtinis,nec Venafranis cedere autumo. Longius ſunt querceta denſiſſima. Præterlabuntur uiſu etiam iucundiſſimi riui perennes, atq; ex ijs piſcibus referti complures,quorum duo hinc atq; illinc decurrentes paulo ſub ipſum oppidum in unum confluunt. Scatent ubiq; fontes,inter quos duo ſunt animaduerſione digni, alter qui uiri Faliſcæ gentis conditoris nomen retinens,adhuc dicitur Haleſanus,manans ex antiquo manu cauato cuniculo, Alter uero,quem memoriæ proditum eſt ex topho per diuum Famianũ huc uenientem uiatorio baculo, cum ſitiret, percuſſo, ſcaturiſſe,emanaſſeq;. Locus eſt porro ita natura munitus,atque aditu inſtructis aciebus difficilis, ut non ſit noſtra neque ætatum memoria auditum in oppidum hoc hoſtes irrupiſſe,quinimo nec tentaſſe, Nicolai Fortebrachij conatu excepto,qua de re litere ſunt in regeſtis breuium Eugenij Datæ XIIII. Auguſti MCCCCXXXIIII. quibus Pontifex ille gratias agit Sutrinis, & Galleſinis, quoniã ex literis Micheletti Attenduli ſui exercitus Ducis intellexerat eos For-

te brachio ſuo rebelli præ cæteris uicinis reſtitiſſe, illumq́; uirili animo reieciſſe Nam Ladiſlaus Rex qui regionem hanc totam in ditionem ſuam redegit, ac Baucham & Caſtellum agri noſtri oppidula inter alia diruit, Galleſium non modo non laceſſiuit, ſed etiam benigne in tutelam ſuſcepit. habentur in ſcrinijs publicis eius literæ ſuper hac re datæ in Caſtris prope Narniam die decimo Iulij MCCCCXIIII. Cum uero Brittones, qui a Romano populo apud Marinum Latij oppidum Vrbano VI. ſedente fuſi, à ſuis, qui in arce Suriani præſidio remanſerant recepti, ibi uſque ad Martini quinti Pontificatum uiuentes, ſæpius erumpentes regionem omnem uexauerunt, uaſtaueruntq́;, adeo ut ex uicinis complura, interq́; illa Balneolū, Allianum, Peſchium, & Turricula noſtri agri Caſtella, deſerta penitus ab incolis ac deſtituta remanſerint, Calleſium tamen non ſolum non uexatum, uerum etiam confluentibus deſertorum locorum profugis adauctum fuit. Noſtra quoq; memoria, quod in primis cognitu dignum eſt, dum decimo ſexto ab hinc anno, qui fuit humanæ redemptionis MDXXVII. capta, direptaq́; vrbe primum Roma, deinde Narnia, Colluuies illa perditorum latronum nullo diuino humano'ue iure coercita circumquaq; populabunda debaccharetur, Galleſium Dei benignitate malorum omnium fuit expers, Et (ſicut cecinit quidā Poeta) multos lacera ſuſcepit ab urbe fugatos, Queis fuit hic poſito certa timore ſalus. Sunt in agro prætcrea Loiani, & Caccení oppidorum ueſtigia, quæ quando euerſa fuerint ſcire mihi adhuc datum non eſt. Fuiſſe olim Galleſium pro ritu Romanæ eccleſiæ ſede ornatum Epiſcopali alias alijs argumentis affirmare conſueui, ut ex diui Famiani hiſtoria in antiquo maioris ædis libro (quem dicunt Horarium) deſcripta, & multis (quæ ſunt apud me) antiquis contractuum libellis, ac inſtrumentis, quæ Galleſium habent ciuitatem, & ex Epiſcopo adhuc extante, ſed tādem aliquando id certo comperi uiſis primum ſubſcriptionibus Cōcilij Romæ Martino primo eius nominis Pontifice anno à Natali Ieſu Chriſti DCCCLXIII. habiti, cui ſubſcribit inter alios Dominicus Galleſii Epiſcopus, deinde in Vaticana bibliotecha inter Alexādri IIII. regeſta inuentis literis datis Viterbij XIIII. Kal. Febr. Pontificatus eius anno primo, per quas

idem Pont.eccleſiam Galleſinam,cuius reditus ob euerſionem aliquot caſtrorum eius diœceſeos erant ualde diminuti,eccleſiæ ciuitatis Caſtellanæ coniungit. Quemadmodum poſteà ſimili de cauſa per Eugenium IIII. ciuitatis Caſtellanæ,atque Ortanæ eccleſiæ copulatæ ſunt. quamobrem Galleſii titulus quodammodo intermortuus eſt. habentur Eugenij literæ in regeſtis bullatarum, datæ Romæ quarto idus Septembris MCCCCXXXVII. Per quem autem ea,quam ſic (ut dixi) amiſit, Epiſcopali dignitate Galleſium ornatum fuerit,eſt mihi adhuc penitus incognitum,atque occultum,ueruntamen poſtq̃ ſic Epiſcopo caruit à Ioanne XXIII. & Alexandro VI. Pontificibus titulo Comitatus eſt inſignitum, extant illius literæ Datæ Kal. Maij anno primo ſui Pontificatus, qui fuit MCCCCX. huius uero Octauo Idus Septembris MDII.Pontificatus eius anno XI. Ipſum oppidum de manu Tyranni ereptum Pontificiæ ſedi reſtituit Paulus Papa ſecundus, qui inſuper communitati Galleſii dono dedit Peſchij & Alliani quondam oppidorum agros,& dimidium portorij quod transuectionis Tyberis nomine à uiatoribus exigi conſueuit,atque alia complura, quæ itidem confirmauit Xyſtus quartus eius ſucceſſor.extant literæ Sixti datæ Kal. Febr.MCCCCLXXV. & Pauli quinto Kal. Septembris MCCCCLXV. De dicta eiectione Tyranni ſcribit etiam Iacobus Cardinalis Papień. Commentariorum ſuorum libro quinto. Cum autem inteſtinis diſcordijs mirum in modum agitaremur, Iulius Papa ſecundus, Nicolaum Ruueræum ſuæ ſororis filium pro Romana Eccleſia Vicarium nobis perpetuum præfecit,cuius præſidio ſedatis diſcordijs Dei benignitate ad hunc uſque diem quiete ac tranquille uiuimus. extant & ipſius Iulij literæ datæ XII. Kal. Octobris MDXI. Sub ipſum oppidum iuxta fluentem riuum eſt inſignis ædes in Diui Famiani honorẽ extructa. fuit autem is Famianus uir ſanctus patria Colonień, genere nobilis,nomine Quuardus, patre Gotthiſcalcho, matre Giumera natus. puer primum bonis literis inſtructus,atque optimis moribus imbutus,deinde adoleſcens parentum & propinquorum illecebris,ac mundi deliciis repudiatis, omnem uitæ curſum ad Deum ſummum bonum direxit, ad Vrbemq́; primum,inde Compoſtellam, Hieroſolymam,& quæcunq; ſunt apud Chriſti-

colas celebriora ſanctitate loca peregrinatus acceſſit. profeſſus interim ad extremos uitæ annos Ciſtercienſium religionem tunc maxime Bernardi, aliquot ante annis uita defuncti, ſanctitate Florentem, & protracta peregrinatione in annos ferme XLII, Demum iam corpore ingraueſcens, quieturus Romam reuerſus, Eugenio tertio ſedente à Diuis Petro, & Paulo in ſomnis monitus ut Galleſinam peteret ciuitatem, cum huc diuertiſſet, et ab Aſcaro indigena uiro nobili exceptus hoſpitio, poſt dies paucos ex prædictione morbo obijſſet, innumerabilibus claruit miraculis. Quapropter ab Adriano quarto Pontifice anno à Natali Domini MCLIIII. mutato ob miraculorum famam nomine, latina nuncupatione Famianus dictus, in Diuorũ numerum eſt relatus, & extra oppidum circa ipſius tumulum ſacra illi ædes extructa eſt, quæ poſtea Munaldi Epiſcopi largitione, comprobante id Nicolao quarto Pontifice, Deiparæ Virginis, quæ intra oppidum eſt, ædi cõnexa, Archipresbyteri, et Canonicorum ipſius interioris ædis cura regitur, ingenti cum munere dicti Iulij Papæ, qui ipſam Famiani ædem octauo menſis Auguſti (quo die feſtum in illius obitus memoriam celebratur) pie uiſitantibus, delictorum ueniam, nec non Archipresbytero, & Canonicis ampliſſimam quæcunque delicta condonandi facultatem conceſſit, exemplo Pauli, qui inter alia quæ (ut dixi) noſtræ Communitati dono dedit, ad diẽ huic diuo feſtum toto triduo mercatum ab omnibus uectigalibus immunem conceſſerat, quas & Iulius ipſe ad octo dies ampliauit. Gratiliani quoq; martyris, de quo ſupra eſt facta mentio, & quem alibi nuſquam nominari ne dũ coli audiui, extat apud nos (utpote ciuis noſtri) memoria miraculis clara, et extra oppidũ celebre ſacellum, et indigenis uiris nomen in ipſius Diui honorem frequens impoſitum eſt. Scio ſæpe à nonnullis quæſitum eſſe, ac quæri, cur apud hiſtoricos, præſertim antiquiores, poſt antiquas illas (de quibus ſupra dictum eſt) cum Romanis commiſſas pugnas, rara ſit non modo Galleſii, ſed totius huius Faliſcorum regionis, & hominum mentio. Duplicem his ego rationem afferri poſſe autumo. Regionis ſitum, exercitibus, & bellicis rebus gerendis male commodum, quin & (quemadmodum ex ſupradictis liquere poteſt) periculoſum, & Vrbis Romæ uicinitatem, quam non

modo in his fere ſuburbiis, ſed in Mediolano conſiderat Auſonius, ubi inquit. Nec iuncta premit uicinia Romæ. etenim, ex finitimis regionibus, & ex hac potiſſimum, poſteaq; in Romanorum poteſtatem uenerunt, quot quot erant, uel in dies creſcebant, hiſtoriis forſan celebrandi, uel ingenio, uel manibus promptiores, uel opibus affluentiores, in Romanam ciuitatem, & militiam migrabant. Hinc apud Fab. Pictorem, et alios qui de antiquitatibus Vrbis ſcripſerunt, Vicus Thuſcus IIII. ſtadiorum ambitus, de quo Propert. At tu Roma meis tribuiſti mœnia Thuſcis: Vnde hodie Thuſcus nomina vicus habet. Hinc Vicus longus, Vicus Arnienſis, Vicus Stellatinus, Lartenianus, Faliſcus, cognomina quæ à Thuſcis ſunt commigrantibus in ciuitatem Romanam. Quod nobis inuidit in itinerario ſuo Rutilius Numatianus inquiens. Felices etiam qui proxima munera primis Sortiti latias obtinuere domus, & ſubdens. Religioſa patet peregrinæ Curia laudi, Nec Putat externos quos decet eſſe ſuos, Ordinis Imperio, collegarumq; fruuntur, Et partem Genij, quem uenerantur, habent. Hoc etiã ſibi uolunt Virgilij, Lucani, & Silij exercituum enumerationes, & aliæ in hunc ſenſum innumeræ pene teſtimonijs ſententiæ. Sed quid opus tot antiquorum teſtimonijs? cum & noſtra, & patrum memoria, Roma etiam vrbe ab antiquo illa longiſſimo peneq; incomparabili interuallo declinata, idem tamen frequenter eueniſſe audiamus, & uideamus? Accedit quod, quantũ ad noſtros attinet, non ſolum ipſi ad Vrbem, ſed & Vrbs ad ipſos deuenit. Siquidem à ponte Tyberis noſtri agri, cuius adhuc apparent fundamẽta adeo uia Flaminia utrinq; continenter, & perpetuo continuatis ædificijs frequens erat diuerſorijs, officinis, & illuſtrium uirorum monimentis, quorum etiam plurima extant ueſtigia, ut non vicus unus, neque plures Villæ uiderentur eſſe, ſed ipſam Vrbem huc uſq; protendi appareret. Quapropter (ut eſt apud Blondum) Ammianus Conſtantij Cæſaris aduentum à Conſtantinopoli Romam ſcribens, dicit. Hormiſdam genere Perſam architecturæ peritiſſimum, in Cæſaris comitatu ductum, & omnium colloquio deſtitutum, primaria quæq; digniorâq; Vrbis ædificia diligenter inſpecta ordine ſibi oſtendere iuſſum, ab Ocriculo Romam prius ingreſſum fuiſſe, q̃

quo in loco Vrbs inchoaret diſcernere,& intelligere poſſet. quod ſignificant etiam claudiani uerſus in ſextum Honorij conſulatum, ubi præterita Narnia,inquit,Inde ſalutato libatis Tybride lymphis, Excipiunt arcus, operoſaq́; ſemita uaſtis Molibus,& quicquid tantæ præmittitur urbi. Quibus conueniunt etiam uerba Dionyſii libro quarto, ita dicentis. Sed ſunt omnia circa urbem habitata loca,multa ea,& magna,facillimaq́; aduenientibus hoſtibus fieri obnoxia. ſique aliquis ad hæc ſpectans,uelit Romæ magnitudinem exquirere, is & errare cogetur,nec habebit ſignum ullum certum quo dignoſcatur,quouſq; ſit hæc urbs progreſſa,aut unde eſſe non amplius urbs incipiat,ita urbi contexta eſt regio, præbetq́; ſpectantibus opinionem extenſæ in infinitum urbis. itemq́; Ariſtidis, qui ait. Deſcendit hæc urbs uſque ad mare, ubi commune Emporium,communiſq́; omniũ quæ terra eueniunt diſpenſatio. quacunq; in parte eius Vrbis conſtiterit quis, nihil prohibet quominus ſit pariter in medio,quicquid nunc Italiæ reſtat,cõpletura eſſe mihi uidetur,unaq́; futura urbs perpetua, in Ionium mare protenſa. Conſtat autem pontem proxime dictum, Tyberi impoſitum eſſe ab Auguſto: quum (auctore Suetonio) quo facilius Vrbs adiretur, deſumpta ſibi Flaminia uia Arimino tenus munienda,reliquas à triumphalibus uiris ex manubiali pecunia ſternendas curauit. Super adiecerat & in oppoſita agri noſtri rupe in præſidium Pontis Caſtellum,quod Ladislai Regis tempore deſtitutum fuiſſe diximus. Ex his itaque fit,ut quemadmodum de noſtratibus anteq̃; Romano imperio ſubijcerentur,ob antiquitatem & ſcriptorum inopiam,ita poſtmodum quia in Romanum nomen tranſibant, rara admodum mentio facta ſit. Atq; hinc puto,uel ex nominibus deceptos auctores aliquot,qui Martinum ſecundum,& Romanum Pontifices Galleſio re uera oriundos,hunc Roma,illum e Gallia oriundum tradiderunt. Sicut & primum Paſchalem (Blondo teſte) Blera natum,itidem Roma ortum eſſe dicunt.cum Romanum Galleſio patria natum referat idem Blondus in Italia illuſtrata,Martinum uero ſimiliter liber alius incerti auctoris de Pontificum Vitis inſcriptus,& de utroq; idem teſtetur antiquiſſimus langobardis literis exaratus codex ex monaſterio. S. Vincentij ſu-

pra

pra Vulturnum ad me delatus. quem probis uiris pluribus oſtendi, et cuicunque uidere libuerit ſum oſtenſurus. Quorundam tamen celebrium uirorum recens eſt memoria, ex quibus præcipue referendi ſunt Nicolaus Abbas monaſterij à uictoria comitatus Albenſis, quem egregium fuiſſe Theologum indicant eius commentaria, quæ in Capranicenſi bibliotheca perlegi, & Antonius Angeli facundus orator, cuius ſunt apud me orationes, & epiſtolæ aliquot luculentiſſimæ. De fratre Petro, quem ſedente Vrbano Sexto uirum doctum, & præceptorem xenodochij ſancti Spiritus in Saxia fuiſſe conſtat, comperti nihil aliud habeo. Fuit etiam (licet infelici exitu) uir bello ſtrenuus Iacobus, demum ob res nouas iubente Eugenio Quarto Romæ capite mulctatus. Georgius item Saccardinus apud Venetos militum præfectus clariſſimus, qui ob ingentia merita non ſolum ciuitate, ſed patritia etiam dignitate donatus fuit. Hinc Sabellicus, qui ſolus ex recentioribus ſcriptoribus Faliſcorum ſitum, ut pote illis uicinus recte intellexit, in cæde Sontiaca de Georgio ipſo loquens ait. Nec non Galleſia tellus quem genuit, tellus campis uicina Faliſcis, Conſilij hunc olim magni/ fecere Tyranni Participem, & reliqua. de quo meminit etiam idem Sabell. libro ſexto de antiquitate Aquileiæ. Alij plures armis, literis, moribus, & cæteris bonis artibus florentes, uel uiuunt, uel noſtra memoria in uiuis fuerunt. Sed quia pene ſtulta, uel ambitioſior uideri poſſet obuerſantium oculis enarratio, illos poſteris celebrandos relinquam.

F I N I S.

INDEX RERVM AC VERBORVM.

A

Aemilius Mamercus dictator pag.16.uer.9
Agylla Caeretanorum urbs. 5 16.
Albani lacus incrementum 18.3
Fatale Veijs prodigium. 18 5
Albericus Etruriae Marchio. 6 25
Vngaros in Italiam uocauit. 6.27
Allianum Galleſini agri oppidulum. 28.21
Eius agri Galleſio donati. 29 14
A quo 29 13
Alphij Auiti Poetae uerſiculi 10.26
Alſium nunc arx S. Seuerae. 4.16
A quo condita 4.16
Ameria à Ludouico Imp. Eccle. data. 24.7
eius ſitus. 4 22
Angelus Maſſa. 27 5
Anianus poeta ex Faliſcis oriundus. 10.21
Feſcēninos uerſus ſcripſit. 10.18
Probi grammatici diſcipulus. 10.22
A Gellij amicus. 10.22
Hadriani Imp tempore. 10 23
Eius commendatio. 10.25
Antonius Angeli facundus orator Galleſio oriundus. 31
Apollini ſacra ad montem Soracte. 7.15
Argiui Faliſcorum authores. 13.26
Ariminum uſq; uia Flaminia. 32.18
Arinianum oppidum 3.10
Ariſtidis ſententia de urbe Roma. 32 11
Arnienſis uicus Romae. 31.9
Arſenius Epiſcopus Ortanus. 11.23
Arx S. Seuerae olim Alſium. 4.16
Aſellus Epiſcopus Populonienſis. 11.23
Aſellani à chalcidenſibus orti. 14.3
Auguſtus
pōtē Tyberi ad Galleſiū īpoſuit. 32.16
Caſtellum addidit. 32.20
Flaminiam uiam munijt. 32.18
Feſcenninos uerſus conſcripſit. 10.15
De eo Pollionis dictum. 10.17
Auximum Ro. Pontifici reſtitutum. 24.17

B

Baptiſta Fulgoſius. 25.11
Baſſanellum in Faliſcis. 5.6
Baſſanum in Faliſcis. 5.6
Baucha Galleſij oppidulum. 28.3
Blera à Ludouico Imp. eccleſiae data. 24.6
Blondi error. 12.12
eiuſdem opinio reiecta. 24.10
Boues Faliſcorum albi. 15.28
Boethij carmen. 21.21
Brittones à Ro. fuſi. 28.6
In arce Suriani aliquādiu p̄māſere. 28 6
Burgum S. Leonardi in Faliſcis. 5 5

C

Caecilij locus de lacu Vadimonis. 12.12
Caera eccleſiae data. 24.6
Chalcidenſes Faliſcorum. Nolanorum. Aſellanorum authores. 14 3
Camillus.
aduerſus Faliſcos 18.29
Dictator dictus. 18.18
Veios capit 18.22
Veientes fugat 19.6
eius uirtus. 19.10
eius prudēs reſpōſum paedagogo. 19.27
Caniſtrifera puella ad Iunōis ſacra. 15.[illegible]
Cannapi abundabant Faliſci. 15.22
Canapina olim Capena. 3.7
Capena ciuitas ubi. 3.6

num Canapinas 3.7
Capenates, unde dicti. 3.4
quam regionem incolebant. 1.5
à Ro. ſubacti. 18.28
pacem ab eis accipiunt. 18.21
cum Faliſcis contra Romanos. 17.11
Ro. clade afficiunt. 17.16
à Romanis uicti. 17.28
eorum ager uaſtatur. 17.30
à Camillo fuſi. 18.20
contra eos Valerius & Seruilius. 18.25
Caſtellũ à Ludouico Imp. eccle. datũ. 24.6
Caſtellum Galleſii oppidulũ. 28.3
Caſtellanæ ciuitas.
in Faliſcis eſt. 5.5
olim Feſcennium. 8.24
Falsò creditur veientũ ciuitas. 8.24
Forſan ex Falaris ruinis. 9.1
eius antiqor memoria apud Platinã. 1.17
Eius Eccleſia Ortanæ coniuncta ab eugenio iiii. 29.1.29.3
Centumcellæ. eccleſiæ datæ. 24.6
Ceretani. olim Agylla 5.16
Cerites cũ Tarquinieñſibus cõſpirant. 21.7
pacem accipiunt. 21.7
Claudianus de Vrbe Roma. 32.2
Clypei argolici uſus apud Faliſcos. 15.19
Coceani oppidi ueſtigia. 28.20
Colonia Iunonia. 23.20
Colonia Nepete. 3.18
Colonia Fidenæ. 16.7
Comitatus Galleſii. 29.9
Concilium totius Etruriæ. 16.21
Corchianus uicus in Faliſcis. 5.5
unde dictus. 11.4
A. Cornelius Coſſus Tribunus. 16.12
aduerſus Faliſcos. 18.24
Lartem Tolumniũ interficit. 16.12
Cornelius Scipio tribunus. 18.24
Cremera flu. 3.9
Ciminius mons. 26.26
populi ciſcyminium. 1.6
Ciſcyminia regio. 4.2

D

Dionyſii locus. 32.5. 14.10. 14.28.
15.15
Ducatus Romanus qui nam eſſet. 24.20
eius cum Ducatu Spoletino diſſenſiones. 25.1

E

Errores.
De Faliſcis. 2.4. 13.5
De Veientibus. 8.26
De uerſibus Feſcenninis. 10.2
Feſti Pompeii. 9.28
Blondi. 12.12
Volaterrani. 12.12
Etruriæ diuiſio. 1.1
Etruria Ciſciminia. 1.2
Etruria traſciminia. 1.2
Etruriæ concilium. 16.21
eius reſpõſũ capẽatibus et faliſcis: 18.17
eius conuentus ad Fanũ uulturnæ.
eius plurima iuuentus contra Ro. 18.12
Inter Etruriæ principes ciuitates Faleria. 6.17
Etruriæ Marchio Albericus. 6.27
Etruriæ Dea Horchia. 12.4
Etruſci rebellant à Ro. 22.26
Socios po. Ro. uaſtant. 22.27
cum Faliſcis coniurant. 23.1
Veientibus auxilia negant. 16.23. 17.8
à Camillo cæſi. 21.9
Eugenij Pont. litteræ in commẽdationem Galleſii. 27.28
Eutropii locus. 5.7

F

C. Fabius ambuſtus Cos.

aduerſus Tarquinienſes, 21.20
ab eis fugatus. 21.27
Fabrica oppidum in Faliſcis. 5.5
Faleria.
princeps ciuitas faliſcorum. 6.2
ab Argiuo falerio condita. 6.2.25.15
in quo differat à faliſcis. 5.20
nūc falaris dicta. 6.5
ex principibus ethruriæ ciuitatibus. 6.17
Epiſcopali dignitate ornata. 6.12
à Ro. direpta. 17.30
Vbi ſita. 25.16
an in Tuſciæ regione. 2.28
quo tempore deſierit habitari. 26.3
Quando euerſa. 6.23
Faliſci Ciſcyminiæ Ethruriæ populi. 1.6
eorum & faleriorum differentia. 5.20
non ſunt qui hodie Flaſconenſes. 2.4
proximi Veientibus. 2.8
legibus & moribus bene inſtituti. 15.8
eorum Reip. popolaris. 13.20
A Rege abhorrebant. 13.20
cur æqui dicti. 15.10
Dedere Ro. iura fecialia. 15.11
Dedere ſupplemēta xij tabularū. 15.11
A Ro. rebellarunt. 21.1.17.11
cum Tarquinienſibus. 21.21
cum Etruſcis. 28.1
A Camillo fuſi. 18.20.19.6
Cladem accipiunt. 12.16
Obſidentur. 19.11
Legatos ad Camillum mittunt. 20.14
à Ro. Victi. 17.28.19.6.21.30
Cunctatione debellati. 22.12
Vaſtati. 16.16
Triumphati. 22.12
Ro. clade afficiunt. 17.16
Fabium Cos. fugant. 21.27
Pacem à Cornelio petunt. 22.7
Q. Lutatio ſe dedunt. 23.12
xv. eorū millia uno prælio cæſa. 5.9
Bellum eis per feciales indictum. 23.4
Pecunia imperatur. 20.23
Pax datur. 20.23
agri parte mulctantur. 18.17
Faliscorum origo. 13.26.14.3
author. 26.11
Deſcriptio. 5.29
Situs ſecundum aliquos. 1.8
Situs uerus. 2.5
à Sabellico recte intellectus. 31
Fines, quo tēpore cum Rom. bella gerebant. 4.18
Fines hoc tempore. 5.1.13.16
Fines cum Veientibus. 4.23
Eorum regio quàm late pateat. 4.14
a quibus ante habitata. 4.14
Eorum Dii. 14.3
Vadimon
Iuno. 14.27
Apollo. 15.3
Ditis. 15.3
Feronia. 15.4
Eorum princeps ciuitas. 6.2
confinia. 3.11
Reſpublica. 13.20
Menſes. 15.12
leges. 15.8
mores. 15.8
mos in liberis educandis. 19.17
Liberi Camillo a pædag. traditi. 19.24
eorum ritus in bello. 15.19
Induciæ cum Ro. 22.16
Fœdus. 22.20
Agri. 15.28
Fertilitas. 6.1
Mons. 2.24
Oues & boues albi. 15.28
Lina. 15.24

Farciminis inuentum. 13.8
Faliſcum à quo conditum. 25.13
Faliſca Colonia 23.20
Faliſca metra 11.6
  cur ita dicta 11.6
Faliſcus uenter farciminis genus. 25.27
Faliſcus uicus Romæ. 31.10
D. Famiani origo & uita 29.26
Fons ex eius percuſſione manauit. 25.24
  ædes ei dicata. 29.24
  a Munaldo Epiſcopo donata. 30.13
  a Iulio ij Pont. ornata. 30.15
Farciminis genus apud Faliſcos. 25.25
Farratarum placentarum origo. 14.25
Fecialia iura a Faliſcis accepta. 15.11
Feciales Faliſcis bellum indicunt. 23.4
Fœdus Romanorū cū Faliſcis. 22.20
Fœliciſſimæ Virginis martyrium in urbe Falari. 6.10
Felix Epiſcopus Nepeſinus. 11.27
Ferentium Othonis Imp patria. 13.12
  non eſt Faleria. 3.11
  a Viterbienſibus diruta 13.13
Feronia Dea Faliſcorum. 7 26.15.4
Feronia Vrbs ſub Soracte. 8.17
Feſcennium ſeu Feſcennia. 8.22
  Forſan ciuitas Caſtellana. 8.25
  Non eſt urbs Cāpaniæ, ut Seruī. ait. 8.24
Feſcennini uerſus qui ſint 9.13
  ab Auguſto conſcripti. 10.5
  error, tantum in nuptijs cani ſolitos 10.2
  Horatij locus de Feſcenninis. 9.24
Feſti Pompei error. 9.23
Fidenæ Veientum Colonia. 16.5
  poſtea Colonia Ro. 16.7
  ad Veientes defecit. 16.7
  4. Romanorum legatos necat 16.9
  a Seruilio dictatore caps 16.29
Fiſcon ſecūdū Catonē Mōn Flaſconis 2.6
Flauinia uia Arimino tenus. 32.18
  ab Auguſto munita 32.18
Flaſconenſes ad lacum Volſinienſem.
  Non ſunt qui olim Faliſci. 2.4.23.5
  ſecundum Catonem Fiſcon fuit. 2.6
Flori locus. 9.2
Fons D. Famiani. 23.24
Fons Haleſanus. 27.23
M. Furius. uide Camillus. 33

G

Galleſium cur ſic denominatum. 26.7
  a quo 25.18
  a natura munitum 27.26
  exercitibus male commodum. 30.29
  Hoſtibus ſemper intactum. 27.27
  A Nicolao Fortebrachio fruſtra tentatum 27.28
  A ſpoletino duce occupatum. 24.25
  A Gregorio papa iij. recuperatū. 24.25
  A Ladislao Rege in tutelā receptū 28.2
  Tyrannis ereptum. 21.12
  Pontificiæ ſedi reſtitutum. 29.12
  Inteſtinis diſcordijs agitatum. 29.20
  A quo ſedatum. 29.21
  Quomodo auctum 28.2
  Gratiliani Martyris ciuitas. 30.21
  Martini Pont. natalibus illuſtre. 32.25
  Comitatus titulo inſignitum. 29.9
  A Ludouico Imp. Eccleſiæ datū. 24.7
  Epiſcopali dignitate ornatū. 28.22
  Peſchij & Alliani agris donatū. 29.23
  Cur raro de eo apud hiſtoricos mentio. 30.5
Galleſij origo. 26.7
  Situs. 26.21
  Deſcriptio. 26.22
  ædificium 26.28
  Pons. 32.16
  Aeris ſalubritas. 27.4

Terræ ubertas. 21 14
Oleæ ferracisſimæ. 27.17
Querceta. 27 18
Galleſiū in ciuitatē Ro.*cōmigrauit.* 31.2
ad Galleſiū uſq; Ro.*ptendebatur.* 31.20
Galleſina eccl.Caſtellanæ cōiuncta. 29.3
Galli excluſi Romā proficiſcuntur. 21. 3
Romam incendunt. 21. 3
à Camillo expelluntur. 21. 5
Genutius Ro. Tribunus. 18.15
eius mors. 18.15
Gratius poeta. 7. 2
ex Faleria oriundus. 7. 2
eius laudes. 7. 4
Gratilianus martyr. 30. 20
Galleſij ciuis. 30 21
in Vrbe Falari martyrio traditus. 6. 10
eius ſacellum. 30.21
Gregorius Saccardinus. 33
apud Venetos militum præfectus. 33
ciuitate Veneta donatus. 33
Galleſio oriundus. 33

H

Haleſus Faliſcorum author. 4. 17
Galleſio nomen dedit. 26.11
Haleſanus fons. 27 24
Haſtæ Argiuorum arma. 15.29
Henricus Imp. ij.confirmauit Benedicto Pontifici oppida plurima. 24. 9
Hirpij cur ſic dicti. 8. 8
Sabinorum lingua lupi. 8. 11
Hirpiæ familiæ. 7. 13
igni non adurebantur. 7. 13
Horatij locus. 9 24
Horchia dea Pomona. 12 5
Horchianus Vicus corruptè Corchiāus 12.7
Hormiſda architectus. 31.23
Humana Ro. Pont. reſtituta. 24.17

I

Iacobus bello ſtrenuus. 33
capite mulctatus. 33
Galleſio oriundus. 33
Ianus, Vadimon, et Vertumnus ijdē. 14. 5
Farre et uino tm̄ ei ſacrificabatur. 14 21
Tuſchorum rex. 14.17
Iani quadricipitis ſimulachrum in Vrbem ex Faleria delatum. 14.12
Delubrum ei 4. portarū dicatū. 14 19
Ieniculus unde dictus. 14.19
Induciæ Romanorū cū Veientibus. 16.26
Ro.*cū Faliſcis et Tarquiniēſibus.* 22.16
Inſulæ mobiles, ſeu natantes. 13. 4
Ioannes Epiſcopus Faleritanus. 6. 17
Iulij.II.Pont. munus eccleſiæ D. Fa- miani. 30.15
Iuno Faliſcorum Dea. 14 17
eius templum in Faleria. 14.28
Iuno Curitis in honorem Faliſcis. 15 18
Iunonia Colonia. 23.20
Lacus Albani prodigium. 18. 3
Ladislaus Rex Galleſium in tutelam recepit. 28. 2
Lartes Ethruriæ Magiſtratus. 6 2
Lartemanus Vicus Romæ. 31.10
Lina Faliſcorum. 15.22
Gratius uocat imbellia lina. 15.25
Silius. Indutiſua lina Faliſci. 15.23
Liutprandus Rex Sabinienſe patrimonium Eccleſiæ reſtituit. 24.10
pacem cum Ducatu Ro. fecit. 24.18
Loiani ueſtigia. 28.20
Longus Vicus Romæ. 31. 9
Longobardi quouſq; dominarentur. 24.23
Q. *Luctatius Conſ.* 23.11

Lucumones Ethruriæ magiſtratus. 6. 2
Ludouicus primus Imp. Faliſcos Eccleſiæ confirmat. 24. 3
Lupi à Sabinis Hirpi. 8. 15

M

Maiorinus Epiſcopus Polimartij. 12. 2
Manturanum Eccleſiæ datum à Ludouico Imp. 24. 6
Martianus Epiſc. Oſtieñ. 11. 28
Martinus. ij Ro. Pontifex. 32. 25
Martius Rutilius. 22. 3
Maximus Epiſcopus Bleranus. 11. 27
Mercatũ immune Galleſio conceſſum 30. 20
Mons Faliſcorum & Soracte idem. 2. 27
Mons Flaſconus non eſt ubi Faliſcum. 24 18 5
Montaneola Capenatum loca. 3. 6
Munaldi Epiſcopi munus eccleſiæ D. Famiani. 30. 15
Munianum in Faliſcis. 5. 6
Marſilius Lesbius. 13. 18

N

Narnieñſis ciuitas Ro. Pont. reſtituta. 24. 17
Nepete Ro. Colonia. 3. 18
Ciſciminiæ Ethruriæ ciuitas 1. 5
per deditionem ab Ethruſcis occupata. 3. 15
per Camillum & Valerium recuperata. 3. 16
bello Punico ſecundo Romanis contumax. 3. 27
primum cenſum dare coacta. 3. 28
à Ludouico Imp. Eccleſiæ data. 24. 6
Nicolaus Fortebracius fruſtra Galleſium tentauit. 27. 23
Nicolaus Rucrius Galleſij diſcordias ſedauit. 29. 21
Nicolaus abbas Galleſio oriundus. 33
Nolani à Chalcidenſibus fuere. 14. 3

O

Octauius. Vide Auguſtus.
Opinio de Galleſij origine reiecta. 26. 14
Oraculum pro expugnandis Veijs. 18. 2
Oroſij locus. 5. 9
Oues albæ in Faliſcis. 15. 28
Ouidius. 7. 5. 13 26. 13 28. 14. 20. 14. 22. 15. 2. 15 9. 15. 23. 15 29. 25 23
Ortanum nunc Orta. 11. 25.
in Faliſcis eſt. 5. 6
Ortana & Caſtellana eccleſia ab Eugenio iiij. copulatæ. 29 3
à Ludouico Imp. Eccleſiæ data.

P

Papirius Populum Ro. Faliſcis iratum placauit. 2. 15
Paſcalis Pont. Blera natus. 32 27
Peruſiũ à Lud Imp. Eccleſiæ datũ. 24. 7
Peſchij agri Galleſio donati, 29 13
Peſtilentia Romanorum. 16. 18
Petrus frater præceptor s. Spiritus in Saxia Galleſio orinndus. 33
Placentarum farratarum origo. 14. 25
Piſa à Pelaſgis habitata. 5. 16
à Tyrrhenis deleta. 5. 7
Pomona Horchia dicta. 12. 6
Pompei Feſti error. 9 23
Polimartium epiſcopalis ciuitas. 12. 1
in Faliſcis eſt. 5. 6
à Ludouico Imp. eccleſiæ datũ. 24. 7
Sabinianus Papa Polimartio oriundus. 12. 1
Pollionis dictum de Auguſto. 10. 17
Pons in Tyberi prope Galleſium. 32 16
ab Auguſto fabricatus. 32. 16
Pontanus de Gratio poeta. 7. 9
Propertij locus de Veijs. 9 13

Q

T. Quintius Cos. 22 13

R

Romani à Faliſcis acceperunt Iura Fecialia. 15. 21

Item ſupplementa xv. tabularum. 15. 11

Pro expugnandis Veijs oraculum conſulunt. 18. 2

Faliſcum & Veientem agrum populantur. 16. 16

Fidenates & Veientes fundunt. 16. 10

Caſtra à Veiis recuperant. 17. 21

In inſidias præcipitant. 18. 14

Brittones fundunt. 28. 6

Sutrinos defendunt & uendicant. 3. 22

Romanorum peſtilentia. 10. 18

Clades à Veijs, capẽatib. et faliſcis. 17. 16

Clades à Tarquinienſibus. 21. 20

Victoria aduerſus Tarquinienſes & faliſcos. 21. 30

aduerſus Veientes, Capenates, et Faliſcos. 17 28

Induciæ cum Veientibus. 16. 26

Preda in agro Falerio & Capenati. 17. 30

Roma ædificiis Galleſiũ uſq; deuenit. 31. 10

ab Ocriculo inchoari uidebatur. 32. 1

Videbatur extenſa in infinitum. 32. 10

Romæ direptio. 28. 15

Romæ ciuib' nouis ager aſſignatus. 12 13

Romanus Ducatus qui. 24 20

Romanus Pontifex. Galleſio natus. 32. 21

Romanus Epiſcopus Nomentanus. 11. 26

S

Sabellicus de Gregorio Pont. 33

Faliſcorum ſuum recte intelligit 33

Sabini. 4. 21

Sabinienſe patrimonium. 24 10

Zacrariæ Pont. reſtituitur. 24 10

à quo. 24 10

Sabinianus Papa Polimartio oriundus. 12 3

Saturnia ciuitas. 5 17

Seruilius contra Capenates. 18. 25

Seruii locus corruptus. 11. 21

Seruius reprehenſus. 8. 23

S. Seuera olim Alſium. 4. 16

Silii locus. 4 97. 20

S. Silueſtri caſtrum in iugo Soractis. 5 4

in Faliſcis eſt. 5 4

Societas humana & naturalis. 19 29

Soracte mons & Faliſcus idem.

inter Illuſtria Faliſcorum loca. 7. 10

nunc mons s. Silueſtri. 8. 2

à Seruio dictus mons Hirpiorũ. 8. 8

In Flaminia uia. 8. 8

Soranus Ditis pater. 8. 16

Stabia. in Faliſcis. 5. 5

Stellatinus Vicus Romæ. 31. 9

Stephanus patritius Dux. Ro. 25. 6

Stratagemma Tarquinienſium. 21. 28

C. Sulpitius Cos. 22. 12

Surianum ubi. 25. 26

Sutrium ciuitatis Ro. ſocia. 3. 19

ab etbruſcis occupatum. 3. 21

ſecundo bello punico contumax. Ro. 3. 27

cenſus primum dare coactum. 3. 28

Sutrini à Ro. defenſi & uindicati. 3. 22

à Ludouico Imp. eccleſiæ dati. 12 26

Synodus Symachi Papæ. 11. 26

Synodus Nicolai primi. 11. 28

T

Tarquinienſes Etruriæ maritimæ ciuitas. 21. 17

Regum olim Ro. patria. 21. 17

Huius ciuitatis ueſtigia in agro Cornetano. 21. 18

Romanis cladem inferũt. 21. 20

C. Fabius Ambuſtus contra eos. 21. 20

cum Faliſcis contra Ro. 21 22

Fabium Conſulem fugant. 21. 27

cunctatione debellati.
à C. Mario triumphati. 22.3
Thuſcus Vicus Romæ. 31.7
Thuſciæ loca q̃ plurima. 24.5
Titinius aduerſus Faliſcos. 18.12
Tolumnus à Coſſo interfectus. 16.13
Tranſemundus Spoletanus Longobardorum Dux. 25.1
Tribunorum Ro. nũs auctus. 17.3
Triumniri Coloniæ Nepete deducẽdæ. 3.18
Troilum oppidum à Caruilio captũ. 23.6
Tuder à Ludouico Imp. Eccleſiæ datũ. 24.7
Turricula Galleſiani agri Caſtellum. 28.11
Tyburtinus Epiſcopus 6.16

V

Vadimon Decus.
Romanis Vertumnus & Ianus. 14.5
Vadimonis lacus quis propriè. 12.26
Serpentes producit. 13.2
eius deſcriptio ex Cæcilio. 12.15
De hoc lacu Volaterrani error. 12.22
Valerius contra Capenates. 18.25
Vallis magna in territorio Sutrino. 24.17
Ro. Pontifici reſtituta. 24.17
Veientes unde dicti. 3.7
quid poſſiderent 3.7
Ciſcyminiæ Ethruriæ populi. 1.6
quantum diſtant ab urbe. 4.12.8.31
Fines inter eos & Faliſcos. 4.27
Non fuere ubi nunc Ciuitas Caſtellana. 8.16
Quo in loco ciuitas fuerit non apparet. 9.11
eorum obſidionis initium. 16.30
Diſcordiarum cauſa Regem creãt. 17.4
ab Ethruſcis auxilia nõ impetrãt. 16.23
17.8
à Camillo eorũ urbs capitur. 18.22
Cur à Verg. et Silio prætermiſſi. 4.10
Vergilij locus. 4.6.7.17.11.30
Vetia flu. 3.12
e cyciminio monte oritur. 3.13
in Tyberim labitur. 3.13
Vicorchianum unde dictum. 12.6
Vicus Thuſcus Romæ. 14.19.31.7
Vngari in Italiam. 6.27
Volaterrani error. 12.12
Volturnæ fanum. 6.21
Concilij totius Ethruriæ conuentus. 6.21
Vrbs Roma. vide Roma.
Vrbs in pratis. 3.9

Z

Zacharias Pontifex Sabinenſe patrimonium recuperat. 24.10

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA